post votū simplex nō pōt cognoscere vxorē carnalī sine pcō mortali: qz adhuc restat sibi facultas iplendi ptinētie votū añ mrīmoniū ꝓsummatum ut ex dictis patet supra dist. xxvij. sed postq̄ iam mrīmoniū ꝓsummatū est: est sibi factū illicitū nō reddere debitū vxori exigēti: tñ ex culpa sua: z iō ad hoc obligatio voti nō se extēdit: ut ex dictis pz tñ oz lamentū pnie recōpensare ꝑ ptinentia ñ seruata. ¶ Ad. iij. dō: q̄ q̄tum ad ea in q̄bus nō est factus ipotens votū cōtinentie ꝟuare: adhuc post ꝓtractum mrīmoniū obligat ad seruandū: pp qđ mortua vxore tenet totaliter ꝓtinere: z qz ex mrīmonij vinculo nō obligat ad debitū petendū: ideo nō potest petere debitū sine pcō: q̄uis possit sine pcō reddē debitū exigenti postq̄ obligatus est ad hoc p carnalē copulā p̄cedentē: hoc aūt intelligendum ē siue mlr petat exp̄sse siue interp̄tatiue: ut qñ mulier verecūda est z vir sentit eius voluntatē de redditione debiti: tūc enī sine pcō reddē pōt: z p̄cipue si ei timet de piculo castitatis. Nec obstat q̄ nō sunt pares in mrīmonij actu: qz quilibet pōt hoc qđ suū est abrenūciare. Quidā tñ dicūt q̄ potest z petere z reddē: ne nimis onerosū reddat mamoniū vxori semp exigenti. sed si recte inspiciatur hoc ē exigere interp̄tatiue. Ad. ij. q̄nem dō: q̄ oēs dicūt q̄ votū solēne sicut ipedit ꝯhendū: ita dirimit mrīmoniū ꝯctum. Quidā aūt assignant ꝑ cā scandalū. sed hoc nihil est: qz etiā votū simplex q̄nq̄z scandalū hz: cū sit q̄dammō publicū q̄nq̄z. Et ꝓterea insolubilitas mrīmonij est ꝺ veritate vite: que nō est pp scandalū dimittēda. Et iō alij dicunt: q̄ hoc est pp statutū ecclīe. sed hoc etiam nō sufficit: qz ꝺm hoc ecclīa posset ꝯrium statuere qđ nō videtur vez. Et iō dō cum alijs: q̄ votum solēne ex sui nā hz q̄ dirimat mrīmoniū ꝯctum: inq̄tum. s. homo p ipm amisit sui corpis ptātem: iō illud ad ppetuā ptinentiā tradēs: ut ex dictis patz z iō non pōt ipm tradere in ptātem vxoris matrimoniū ꝯhendum: z qz mrīmoniū qđ sequtur tale votum nullum est: ideo votum predictum dirimere dī mrīmoniū ꝯctum. ¶ Ad. i. q̄ dō: q̄ votum simplex quo ad deū dī nō minus obligare q̄ solēne in his que ad deum spectant: sicut est separatio a deo p peccatū mortale: qz mortaliter peccat frāgens votum simplex sicut solenne q̄uis grauī' sit peccatū frangere solennē: ut sic compatio in genē accipiat: nō in determinata q̄titate reatus. sz q̄tū ad mrīmoniū p qđ homo homi obligat nō oz q̄ sit equalis obligatōis etiā in genē: qz ad q̄dam obligat votū solēne z nō simplex. ¶ Ad. ij. dō: q̄ iuramentū plus obligat ex pte eius ex quo fit obligatio q̄ votū. sed votū solēne plus obligat q̄tuz ad modū obligādi: inq̄tum actualiter tradit hoc qđ ꝓmittitur: qđ nō fit p iuramentū: z iō nō sequt̄ rō. ¶ Ad. iij. dō: q̄ votū solēne hz actualē exhibitionē ꝑpriq̄ corpis quā nō habet votū simplex ut ex dictis pz: z ideo rō ex insufficienti procedit.

¶ Ad quartuz sic pro cedit: videt q̄ in voto ñ possit fieri dispēsatio. votū enī cōe minimū hz de rōne voti. sed in voto cōi nullus pōt dispensare. ꝯ nec in voto singulari. ¶ ℙ. reddere vota est de lege nāli: qz q̄ nō reddit mentit qđ est ꝓtra legē nālem. sed null' pōt dispensare ꝓtra mendaciū: aut ꝓtra illud qđ ē de lege nāli. ꝯ nullus potest dispensare in voto. ¶ ℙ. p dispensationē nō debz ptermitti maius bonū ꝑ minoꝛi bono. sed nō est digna ponderatio ꝓtinentis anime: ut dī in l'i. Sap. Quia ps ptemplatiuorū qui signāt p Mariā est optima: qz ipa optimā ptem elegit: ut dī Luc. x. ꝯ ad minus in voto cōtinentie qđ ad statū ptemplationis ptinet dispensari nō potest. ¶ Sed ꝓtra: nullū votū est licitū qđ vergit in pſone piculum. sed pōt eē q̄ ptinētia seruata vergat in piculum pſone. ꝯ ad minus in casu illo votū ptinētie pōt dispēsari. ¶ ℙ. sicut monachi tenent ad ptinentiā: ita ad pauptatē z obediētiam. sed pōt dispensari cū eis q̄tum ad votū obediētie z pauptatis: ut pz in illis q̄ ad p̄latōes assumunt. ꝯ z in voto ptinentie. ¶ Ulterius videt q̄ q̄libet p̄latus possit in voto dispensare. q̄libet enim p̄latus ad hoc ꝓstituit̄ q̄ vtilitati subditoꝝ prouideat. ꝯ si vtilitas subditoꝝ req̄rat pōt dispensare. ¶ ℙ. ex hoc aliquis pōt dispēsare in voto q̄ ē cōstitutus dispensator ministerioꝝ dei. sed hoc cōpetit cuilibet p̄lato. ꝯ rē. ¶ Sed ꝯ: qz in corpe hūano q̄dam sūt actōes que solis p̄ncipalibus membris ꝓueniunt: z q̄dam etiā soli capiti. sed i ecclia vicē capitis tenet papa: z vicē p̄ncipaliū mēbroꝝ p̄lati maiores ut epi. ꝯ alique dispensatōes sūt q̄s solus papa pōt facere. ¶ Ulterius videt q̄ nullum votū possit cōmutari: Leuit. vlti. Aial qđ immolari pōt dño nō pōt mutari nec in meli' nec i peius ꝯ si sit votū licitum nō pōt mutari. ¶ ℙ. si posset mutari p̄cipue posset cōmutari in melius. sz hoc nō pōt: qz Ber. dicit de bene ordinatis mōasterijs Nullus meo ꝓsilio egrediet desiderio artioris vite sine superioris licentia. ꝯ rē. ¶ Sed ꝓtra est: q̄ licet semp ꝑficē. ꝯ pōt etiā votū in melius commutari. ¶ Ulterius videt: q̄ ꝑpria aucte possit alius votū ꝓmutare: qz si aliq̄s post votū terre sancte voueat religionē intrare: liberatus est si ipleat scōm: ut dicit. dicit. sed pōt ꝑpria aucte religionē vouere. ꝯ ꝑpria aucte pōt votū ꝓmutare. ¶ ℙ. ille q̄ fecit alīq̄ vota in in seculo: ñ videt ad illa teneri postq̄ est claustrū ingressus ut q̄dam dicūt. sed potest ꝑpria aucte ingredi claustrū. ꝯ rē. ¶ ℙ. votum tpale excedit a ppetuo sola ouratione. sed aliq̄s pōt ꝑpria aucte ꝓmutare votū tpale pegrinationis in votuz ppetuū religionis: ut dictū est. ꝯ eadē rōne pōt mutare ꝑpria aucte votū minꝰ diuturnū in votū diuturnius: sicut minoris peregrinationis in maiorē.

¶ Sed ꝓtra: ꝓmutatio est q̃dam dispensatio. sed nullus pōt ppria auctē dispēsare i voto suo. g̃ nec ꝓmutare. ¶ Ideo dō: ad. j. qōnez: q̃ circa hoc sūt diuerse opiniones. Quidā enī dicūt: q̃ qōlibet votum pōt p̄ platos ecclie dispensationē hīe ꝓ libitu p̄lati: qz ut dicūt: in quolibet voto intelligit ꝓditionaliter volūtas p̄lati superioris. s. pape: ad cui' dispensationē ptinēt actus subditoꝝ omniū: ⁊ ideo cū voluerit ille sūmus p̄latus poterit relaxare obligatōz voti: ut non teneat votū iplere: qz conditio nō extat: sed hoc nō vī bñ dictū: qz q̃dam sūt in q̃ bus est hō ita liber sui: q̃ ēt ꝑ p̄ceptū pape pōt illa facē: sic ꝓtinē ⁊ alia ꝓsilia diuina. vñ absolute ⁊ sine ꝓditōe volūtatis alicui' p̄lati pōt alia vouere. Et iō alī dicūt q̃ nullū votū respicit dispensatōz fm q̃ dispēsatio est iuris relaxatio: sz fm q̃ ē iuris declaratio: qz papa pōt declarare hoc ius q̃ qñ fit recōpensatio maioris boni q̃ pōt dimitti min' bonum ad qō se ꝺs obligauit. sz hoc ēt non vī verū: qz declarare ius nō est nouū ius facē: sed illud qō in iure erat manifestare. vñ fm hoc nūq̃ p dispensatōz voti fieret: nō contra ius qō erat pus contra ius: sed soluz qō videbatur ꝓtra ius ⁊ nō erat. Et ideo aliter dō: q̃ in voto pōt dispēsari ēt fm q̃ dispensatio est iuris relaxatio ex aliqua legitima cā qz eni votum de illicito esse nō pōt: nō aūt licz subtrahere alicui qō ei debetur: iō p votum alicuius non pōt fieri p̄iudicium suo p̄lato quin dēat eius mandatis parere cum fuerit oportunū. vñ si p̄lat' videat expedire aliqua rōnabili cā: vel pp ipsuz q̃ vouit: vel pp alios: q̃ votum non seruet: pōt eum ab obseruatione voti debligare: q̃ alīs de iure obligatus erat. ¶ Ad. j. g̃ dō: q̃ ad ea que cadūt sub voto cōmuni non solum obligat aliqs ex voto: sz ex lege naturali ⁊ p̄cepto diuino: ⁊ iō ex pte ista ē: q̃ non possit habere dispensatōez sicut alia vota.

¶ Ad. ij. dō: q̃ obseruare votū durante voti obligatione est de lege naturali: sed cessante obligatione voti nō est obseruatio eius de lege nāli: cessat aūt eius obligatio: vl ex se: ut qñ seruatū vergeret ad deteriorē exitum: ⁊ tunc p declaratōz superioris si facultas petendi assit oz obseruatio voti pretermitti: vel ex aucte superioris q̃ aliud magis necessarium iudicat: ⁊ in voto dispensat: nec tamē ex hoc homo mendaciū incurrit q̃ votum non seruat in tali casu: qz homo de futuris oz hīe pias ꝓditōes adiūctas: vel explicite vel implicite: ut pz Jaco. v.

¶ Ad. iij. dō: q̃ de voto ꝓtinentie est duplex opio Quidam enim dicunt q̃ nullus pōt dispensare: sz huiusmodi rō diuersa reddit a diuersis. Quidaz eni dicunt q̃ hoc ideo accidit: qz votum cōtinētie non pōt p̄termitti sine hoc q̃ ad contrarium voti aliqs delabat: qō nūq̃ licet: sed votum pauptatis pōt p̄termitti aliquo modo q̃ non directe erit cōtra votum: sicut cum aliquis hz pecuniā nō suo sz ecclie nomine. sed hoc nihil ē: qz sic votum de abstinendo aliqua die determinata a carnibus: non reciperet dispensatōz: aut votum de pegrinatione qō est absurdum. Et ideo alī assignant aliam rōnem dicentes: q̃ hoc ꝓuenit: qz votum continētie non recipit recompensatōz melioris eo q̃ non est digna ponderatio anime ꝓtinentie: vel iō qz p continentiā homo de domestico inimico triumphuz capit: ut q̃dam dicunt: vel ideo qz p religionē hō pfecte conformat xp̄o. vnde in voto ꝓtinentie qō in voto religionis includit: ⁊ in alīs votis essentialibus religioni non pōt dispensari: ut q̃dam dicūt Sed hoc etiā non videt sufficienter dictum: qz bonum cōmune est multo melius q̃ bonum puatuz pp qō etiam homo interdum ab ocio sancte contemplationis remouet: que optima pars ē iudicio dñi: Luc. x. ut cōmuni vtilitati ꝓmoꝝ vacet: et ideo alī dicūt ꝓbabilius: si cōmunis vtilitas totī' ecclie: aut vnius regni vel ꝓuincie expostulet: posset ꝓuenienter ⁊ in voto ꝓtinentie ⁊ in voto religionis dispensari q̃tūcunq̃ esset solenniçatū. nō enim p votum pōt se homo debligare ab eo in quo tenetur alteri: ut dictum est. vnde talis posset iminere necessitas: q̃ posset alicui iuste ꝓhiberi ne ꝓtinentiam aut religionē voueret eadem necitate manēte. pōt etiam in voto dispensari iam facto. Sz qz rōnes in ꝓrium facte nō recte ꝓcedūt: ¶ Jō dō: ad. iij. q̃ bonū ꝓtinētie est multo dignius q̃ salus corpalis: ⁊ iō piculum corpalis mortis nō est sufficiens rō: ut in voto ꝓtinentie dispenset. vñ etiā nō peccat qui in tali casu exīs q̃ ꝓtinentia videretur vergere in piculum pone: si ꝓtinentiā voueat: ꝑcipue cum possit illi piculo p alia remedia obuiari: sicut non peccat q̃ pp aliq̃ō opus virtutis se mortis piculo exponit. ¶ Ad. v. dō: q̃ cū illis q̃ assumunt a statu religionis in statū p̄latōis nō dispensatur in p̄ncipalibus votis religionis: qz illa q̃ possidere vident: nō suo noie sed ecclie possidēt. vnde nihil p hoc p̄iudicat voto pauptatis: silr nec voto obediētie: qz obedientia respicit statum prelatōis i altero cui obedire tenet: ⁊ iō q̃ ille q̃ sub p̄lato esse ⁊ esistit nō teneat alicui obedire nō est ex hoc q̃ obligatio voti deficiat ex parte vouētis: sz qz subtrahitur p̄latio ex pte altera cui obedire tenebat. vñ monachus q̃ abbati obedientiā ꝓmittit: si ipe fiat abbas nō tenet obedire alteri abbati: qz iam ñ hz abbatē. ¶ Ad. ij. qōnem dō: q̃ plenitudo ptātis i dispensando residet penes summū pontificem: alī autem participant de hac potestate q̃tum eis concessum est: ut quia omnes ad vnum recurrere non possunt per inferiores dispensationē recipere possint. vnde in votis illis que non de facili dispensationem recipiunt: nec frequenter. sz raro sicut votum religionis: ⁊ alia huiusmodi vota perpetua: solus papa dispensare potest: in alīs autem temporalibus votis: sicut peregrinationum. ⁊ ieiuniorum ⁊ huiusmodi pñt etiam episcopi dispensare

niſi aliqꝺ hoꝛ ſibi papa reſeruauerit: ſicut oiſpẽ ſatio i voto ire ſcẽ. ¶ Ad ꝑmũ g̃ oicendũ q̃ nõ q̃cq̃d vtile ẽ ſb̃dito p̃t ſibi p̃ plat̃ũ quẽlz adhibẽi ſz maioꝛa maioꝛib' reſeruant: ſic nõ q̃libz medic' põt cuilibet moꝛbo occurrere: ſz in piculoſioꝛib' moꝛbis pitioꝛes medici req̃runt. ¶ Ad 2m̃ oꝺ q̃ q̃uis oẽs ſint oiſpenſatoꝛes miſterioꝛ dei: nõ tñ eq̃liꝛ: z iõ nõ oz q̃ oẽs in oibus oiſpẽſare poſſint

AD tertiã qõnẽ oicendo q̃ ini cõmutatoz voti z oiſpenſatiõem hoc intereſt: q̃ qñ votũ cõmutat vouens abſoluit ab vno z ligat ad aliud. ſz qñ i voto oiſpenſat: ſimplicit a voto abſoluit ſine h' q̃ ad aliud liget. vñ min' iporꝛtat voti cõmutatio q̃ oiſpenſatio: z iõ cũ ex cã rõnabili i voto oiſpẽſari poſſit: põt ẽt votũ cõmutari: vl' q̃ illud i qꝺ fiet cõmutatio ẽ meli': vel q̃ ẽ minus piculoſuz.

¶ Ad ꝑm̃ g̃ oꝺ q̃ aial ũmolaticiũ ex ipo voto deſtinabat ad cultũ dei: z iõ iã quodãmõ ſcm̃ erat z ꝓpt hoc nõ poterat ad cões vſus ꝺuci. Et ſili ter etiã nũc ſi aliq̃s vouet religionẽ intrare: non põt aliũ ponẽ loco ſui in religionẽ: ſili etiã ſi vouet ire in tram ſcãm nõ põt aliũ loco ſui mittere niſi p oiſpenſatõem ſupioꝛis. ſecus aũt eſt i aliꝭ votis in q̃bus pſona determinata nõ deſtinat ad ſpãlem cultũ dei. ¶ Ad 2m̃ oꝺ q̃ Ber. loq̃t cõſulendo: q̃ q̃ñq̃ ex animi leuitate q̃dã ad ſtatũ alium trãſeũt ſub ſpecie artioꝛis vite: z iõ tutius eſt q̃ fiat ꝓſilio z licentia ſupioꝛis p̃lati: p̃cipue ſi nõ credat q̃ ipſe ipedimentũ irrõnabile p̃ſtet.

AD ãrtã qõem oꝺ q̃ in cõmutatõe ẽ q̃dã ꝓtract' qui nõ põt pfici ſine ꝓſenſu vtriuſq̃ ptis: vñ cũ hõ p votũ deo ſe obliget nõ põt fieri ũmutatio voti: niſi inueniat ꝓſenſus ei' q̃ vicẽ dei gerit in tris. ſ. p̃lati: niſi forte vnũ votũ ab alio includat. z q̃ votũ religionis includit oia alia vota: tũ rõne ppetuitatis: tũ rõne obedientie qua hõ voluntatem ſuã deo tradit: p quã ſui z oium oñ ſ eẽ põt: ideo ille q̃ aliqꝺ votũ tpale fecit põt nõ req̃ſita alicuius p̃lati diſpenſatõe religionẽ itrare: nõ obſtãte voto p̃cedente qꝺ igreſſũ religionis ipediret: puta pegrinatõis vel alicuius h' mõi. ſi aũt duo tpalia vouit quoꝛ vtrũq̃ ẽ alteri cõpoſſibile: debet vtrũq̃ ſeruare: niſi forte auctoꝛitate ſupioꝛis minus votũ p̃cedẽs i maius ſequẽs cõmutaueit. Si aũt ſcõm votũ ſit oino incõpoſſibile ꝑmo: debet ſeruare maꝛ': z de minoꝛi ſm arbitriũ p̃lati ſatiſfacere. ¶ Ad ꝑm̃ g̃ oꝺ q̃ votũ terre ſcẽ obligat hominẽ ad ſuiendũ deo tẽpoꝛaliꝭ: z q̃tum ad determinatũ tp̃s: ſed votũ religionis q̃tum ad oia et ſm oẽ tẽpus: z iõ q̃dãmõ ẽ ampliatio voti magꝭ q̃ cõmutatio. ¶ Ad 2m̃ oꝺ q̃ qꝛ p introitũ religionis hõ moꝛit̃ poꝛi vite: iõ illa vota que vouit in ſeculari vita explẽda nõ tenet exoluere exquo religionẽ intrat: z p̃cipue qꝛ ſingularitas i religionib' ẽ picꝺoſa: z on' religiõiſ adeo grauat q̃ ñ manet eadẽ facilitas ad obſeruandũ votũ: q̃ in ſecu lari vita erat: tñ quidã oicunt q̃ debet p̃lato ſuo exponere: z ille pẽſat ꝓditõib' perſone: z voti poterit cũ eo diſpẽſare. ſed ſm alios hoc nõ exgit: qꝛ ex ipſa vi voti religionis a poꝛtib' votis ẽ abſolutus rõibus dictis. ¶ Ad 3m̃ oꝺ q̃ ꝑpetuũ votũ reſpicit oẽ tp̃s: z iõ nõ manet aliqꝺ tp̃s p' eius expletionez q̃ poſſit aliud votũ tpale ipleri: ſicut manet tp̃s ad implẽdũ votũ maꝛ' diuturnũ poſt votũ min' diuturnũ: z ꝓpt hoc nõ ẽ ſile.

AD quintuz ſic pꝛo cedit. videt q̃ virginib' vouentib' ꝓtinẽtiã nõ ꝺbeat ſpãle velũ p̃ alijs que ꝓtinẽtiã voue rũt z coꝛrupte ſũt: qꝛ tã v̊ginitas q̃ ꝓtinentie votũ viris z mulierib' cõia ſunt. ſz viri) in v̊ginitate continentiã vouẽtibus nihil aliud ꝺatur q̃ alijs q̃ v̊ginitatẽ pꝺiderũt. g̃ nec v̊gines ꝺebent p̃ alijs ſpeciale veluz accipere. ¶ Preterea: ſigna in noua lege non ſunt inania ſed fructuoſa: qꝛ ſacramenta noue legis grãm ꝓferunt. ſed virginale velum nõ videt eſſe fructuoſum: qꝛ gr̃a nõ ꝓfert in ipſo: alꝫ eſſet ſacramentum: z ꝺeberet coꝛruptis ꝺari: que etiam indigent auxilio gratie ad continẽtiaz ꝓſeruandã. ergo videtur q̃ virginibus nõ ꝺebeatur aliquod velum ſpeciale pꝛe alijs. ¶ Preterea ꝓſecratio q̃ adhibetur viris in ſuſceptione oꝛdis eſt maioꝛ q̃ illa que adhibetur mulieribus in velatione. ſed conſecratio oꝛdinis non exigit virginitatem in conſecrato: ergo nec mulieris velatõ.

¶ Preterea: nullus ꝺebet pro pena quaz ſuſtinuit iterum puniri. ſed aliquando mulieri p̃ pena infertur q̃ coꝛrumpat: ſicut patet in his que omnino per violentiam coꝛrumpunt. ergo non ꝺebet talibus ad minus v̊ginale velum ꝺenegari.

¶ Preterea: quandoq̃ ſi virginale velum coꝛrupte ꝺenegetur ſequit ſcandalum aſtantiũ: z periculum homicidij: ſicut cũ aliqua eſt occulte coꝛrupta: ergo videt q̃ ſaltem in tali caſu v̊ginale velum alijs q̃ virginib' ꝺari ꝺebeat. ¶ Sz cõtra in officio eccleſie non decet eſſe aliquam falſitatẽ ſed in toto officio quo velantur v̊gines fit mentio ꝺe carnis integritate: ut patet ꝺiligenti inſpiciẽti: ergo nõ ꝺebet velum v̊ginale coꝛruptis ꝺari.

¶ Preterea: p velationez mulier quodãmõ chriſto deſponſat: qui eſt ꝺignioꝛ q̃ pontifex aliquis veteris legis. ſed in veteri lege pontifici non licebat aliquam niſi v̊ginem deſponſare. ergo nõ ꝺz aliq̃ niſi virgo velari. ¶ Rñdeo ꝺo: q̃ ea q̃ coꝛporalit̃ in eccleſia aguntur ſigna ſũt ſpũaliũ. ſz qꝛ coꝛporale ſignũ ñ ſufficienter repꝛeſẽtare põt ſpũale ſignatum: oportet q̃ñq̃ q̃ ad eandẽ rem ſpũalẽ ſignãꝺa plura ſigna coꝛporalia apteñt. Mũmoniũ g̃ ſpũale chriſti z eccleſie hẽt z fecũꝺitatẽ p quam regeneramur in filios dei: z incoꝛruptõem: quia chriſtus elegit ſibi eccleſiã nõ hñtem maculã aut rugã: aut aliq̃ꝺ h' mõi: vt ꝺi Eph. vj. vñ ꝺi Cor.

ꝛ. Despōdi vos vni viro vginē castā exhibē christo. sed corporalis fecūditas integritatē carnis non patit: et iō oportuit diuersis signis repsentari spirituale pniugiū christi ⁊ ecclesie: q̄tum ad fecunditatē: ⁊ q̄tum ad integritatē. sic g̃ p matrimoniū carnale repsentat matrimoniū spūale: q̄tum ad fecunditatem: ita oportuit aliq̄d esse qđ repsentaret pdictum spūale matrimoniū q̄tum ad integritatē. ⁊ hoc fit in velatōe vginum: sicut p oia q̄ ibi pferunt ⁊ gerunt oñdit. ⁊ ppter hoc sol' eps cui cura ecclesie cōmittit vgines desponsat velando nō sibi sz christo. q. sponsi paranymph' ⁊ amicus. ⁊ qz integritatis significatio plene pōt cē in cōtinentia vginali. sz in cōtinentia vginali ē semiplena: ppter hoc ēt vidui ⁊ dat aliq̄ velū: nō q̄dem cū illa solennitate qua vginibus dat. ¶ Ad p^m g̃ dicendū: q̄ ecclesia in matrimonio spūali se hz vt sponsa: christus aūt ut sponsus. p votū āt ptinentie alia christo desponsat: vñ nō cōpetit ut hec despōsatio significet i viro: sed i muliere tm̃. ¶ Ad 2^m dicendū: q̄ in consecratōe vginum: sic ⁊ in vnctione reguz ⁊ i alijs h'mōi benedictiōib' gratia dat: nisi sit ipedimentū ex pte suscipiētis: sz tm̃ huiusmōi sacra nō dicunt: qz nō sūt instituta ad curatōem morbi pcti sic alia sacra. ¶ Ad 3^m dō: q̄ in ordinis susceptōe non pfectat alios in sponsū sed in ministrū sponsi. vñ nō requirit vginitas ad significandū integritatem spūalis mr̃imonij: sic requirit in velatōe eius q̄ pfectat in sponsa. ¶ Ad q̄rtū dō: q̄ ille que p violentiā corrūpunt: si nllo mō psentiāt: vginitatis gloriā q̄ ad deuz nō pdūt. sz qz valdē est difficile q̄ in tali delectatōe aliquis placētie motus nō insurgat. iō ecclesia q̄ ō iteriorib' iudicare nō pōt: cū exteri' corrupta sit: eam inr̄ vgines nō velat. vñ Leo papa dicit: Ille famule dei q̄ integritatē pudoris oppssione barbarica pdiderūt: laudabiliores erūt i hūlitate ⁊ vēcūdia si se incōtaminatis nō audeant copulare vginib'. ¶ Ad q̄ntū dō: q̄ nullo mō ille q̄ sunt corrupte occulte: siue a viris siue alio mō sūt velande: q̄a ppr̄ vitandū scandalū nō ōbent ecclesie sacra uel sacramentalia variari. Sz sic q̄dam dicūt q̄ pōt aliq̄ cautela adhiberi ad vitandū scandalū: ut scz illa q̄ nō sūt de sba vginalis veli: ut accensio cādelarū ⁊ alia h'mōi fiant: mutatis occulte his que sūt de sba vginalis veli: puta vt q̄ nomen virginitatis in castitatē varieť. Qō. II.

QUeritur de scandalo. Et circa hoc q̄runt q̄tuor: ꝑmo quid sit: scō vtrū sit pctm̃: tertio q̄bus cōpetat: q̄rto q̄ sunt dimittēda ppter scandalū.

AD primum sic proceditur: videť q̄ iconuenienť assignet diffinitō scandali que sumit ex glo. Mat. xviij. sup illud Ue mūdo ab scādalis. s. Scādalū est dctm̃ vl fcm̃ min' rectū pbēs alīs occasionē ruine. scandaluz .n. diuidit in actiuū ⁊ passiuū. sz hec diffini' ñ pt ꝓueire scādalo passiuo: g̃ ñ ꝓuertit cū diffinito ⁊ sic ē icōperēs. ¶ D. Nūi. xxxi. sup illud: Ulciscē ꝑ filios isr̄l ⁊c. dī q̄ scādalū ē: cū recte ābulāti ōceptio sb̃mittit ad ruinā. sed nō oē dctm̃ vl fcm̃ minus rectū est deceptio. g̃ scandali diffinitio ē in cōpetenť assignata. ¶ D. sic pctm̃ oris ⁊ operis pōt alteri pstare occasionem ruine: ita ⁊ peccatū cordis: pcipue qñ p exteriora signa i noticiā alior̄ pdit. sz in diffinitione pmissa tangit pctm̃ oris ⁊ operis: nō āt cordis. g̃ inconuenienť assignatur. ¶ D. occasio significat cām p accidēs. sz etiā bona interdū p accidens sunt cā maloꝝ. g̃ nō soluz dictū vel fcm̃ minus rectū pbet alteri occasionez ruine: sed etiā si sit rectuz debet dici scandalum. ¶ D. Esa. viij. dī de christo: Erit in lapidez ⁊ in petrā scandali. sed in christo nō fuit aliq̄d minus rectū. g̃ nō ē ō rōe scādali q̄ sit aliq̄d min' rectū. Rādeo dō: q̄ scandalū nomen grecū est: ⁊ impactionē significat in latino: q̄ q̄dem ꝑpe dī in corporalibus: in spūalibus aut̄ transūptiue: vñ oz q̄ spūale scandalū de quo loq̄mur sumat ad silitudinē corporalis ipactōis: q̄ q̄dē non fit nisi ambulanti aliq̄d in via obȝciat qđ ei sit occasio cadendi ēt si non cadat. nihil āt ab alio fcm̃ ē natū casuz facere ei' qui in via dei ābulat: nisi sit aliq̄d min' rectū in noticiā ei' ꝓcedēs vel ꝟbo vel fcō: et iō dictū vel factū minus rectū est id ad quod spiritualiť fit impactio: ⁊ occasionat alteri' ruine: in quo rō ꝓsistit scandali. ¶ Ad pmū g̃ dō: q̄ sic in corporali impactōe est duo ꝓsiderare. s. ipsā ipactōem cadentis: aut eius q̄ ad casū disponit: ⁊ illō ad qđ fit impactio qđ dī obex: ita ⁊ in spūali: et vtrūq; nomen scandali accipit: sed nō vniuoce: sicut ēt fides dī ipa res credita ⁊ actus credēdi. ipa g̃ spūalis ipactio q̄ aliquis ad casum disponit dī scandalum passiuū: sz obex spūalis ad quē fit impactio dī scandalū actiuū: ⁊ sic diffinit h̄ scandalū: qz ex dicto vel fcō minus recto alios ad ruinā disponit. ¶ Ad secundū dō: q̄ tunc alios p se loquēdo pctm̃ aliq̄d facit qñ ex itentiōe opat: ⁊ nō qñ ꝑter intētōem eius pctm̃ accidit: sic pz in homicidio casuali: ⁊ iō tunc ꝑpe alios scandalū facit qñ ruinā ꝑrimi ꝓcurare intendit. q̄cūq; aūt ad peccandū inducit decipit: qz ois malus ignorans: ut pbs dicit in 3° eth: ⁊ iō vbicūq; est scandalū per se loquendo dctm̃ vel factū minus rectū est deceptō q̄dā q̄ submittit ambulāti ad ruinā. Uel dō: q̄ dī ēt deceptio in q̄tum ē deceptōis occasio vel cā: qz ois peccās decipit: ut dictū est. ¶ Ad 3^m dicendō: q̄ spūalis obex q̄ scādalū dī oz q̄ i via ābulanti obȝciat: qđ fit dū in noticiā ei' venit. pctm̃ āt cordis in noticiā alterius venire ñ potest: nisi p signa

aliq̃:que reducunt ad peccatū oris vel opis: ꝛ iō in diffinitōe scandali ponit tm̃ dictū vel factū minus rectū: ꝛ nō fit mentio de pctō cordis. ¶ Ad q̃rtum dō: q occasio nō sp noīat cām p accidens sed qñq cām p se insufficientē: ꝛ sic in diffinitiōe p̄missa sumit. pctm̃. n. non pōt hēre ab exteriori aliquā cām sufficientē: eo q voluntariuz ē: sz pōt hēre aliquā cām inducentē: que q̄dem cā qñq p se nata est inclinare ad pctm̃: vel ex suo genē: vel ex intentōe alicui' ꝓponentis eā ad hoc q aliq̃s iducat ad pctm̃: ꝛ tūc illud dī dare occasionē ruine. qñq aūt p accidens aliq̃s inclinat ab aliq̃ i pctm̃ qđ de se nō ē natū inclinare in illud: sic etiā in corporalibus aliq̃s in via plana ipingit ꝛ cadit: ꝛ tūc dī ipsemet sumē occasionē ruine nulla sibi occasione ab exteriori data: sz talis cā ruine nō pōt scādaluz noīari: qz cause ꝛ si qñq noīa sortiant ex p se effectibus: nūq̃ tn̄ ab his q̄ p accidens euenit noīari ꝓsueuerūt. ¶ Ad q̄ntū dō: q christus nō dī eē petra scandali q̃si p se scādali cā: qz ipe non dedit alicui occasionē scādali: sz dī eē in petrā scādali: ita q ꝓpositō nō ordinē cause: sz ꝓsecutōem iportet: qz ex his q̄ christus fecit ꝓsecutū est scādalū iudeorum.

Ad secūduz sic proce

dit: videt q scādalū nō sit pctm̃ sp. nullū enī necessariū ē peccatū. sed necesse est vt veniant scandala: vt dī Mat. xviij. g̃ scandalū nō ē pctm̃ ¶ P̄. oē pctm̃ est ex diaboli incentiuo: nō ex pietatis affectu. sz Mat. xvj. vbi dī Petro: Uade retro me sathana: scādalū mihi es. dicit glo. Error apli ex pietatis affectu venit poti' q̄ ex incentiuo diaboli. g̃ nō oē scandalū est pctm̃. ¶ P̄. Hiero. dicit: Parū distant in vitio scandalizare ꝛ scādalizari. sed scandalū passiuū: vt vī pōt esse sine peccato: sic ꝛ ipactio corporalis qñq ē sine casu. g̃ et scandalū actiuū pōt eē sine pctō. ¶ Sz cōtra: omne dictū vel factū minus rectū est pctm̃. sz scandalū est h'moī. g̃ ꝛc ¶ P̄. Nūi. xxij. dī in glo. lōge grauius peccatū ē dare pctī cām: q̄ peccare. sz q̄cūq scandalizat dat cām peccādi. g̃ peccat. ¶ Uteriꝰ vī q non sit speciale peccatū: qz sm̄ phm̄ in q̄nto Ethi. Dis spālis iniustificatō qñq inuenit sepatō ab oībus aliis iniustificatōib'. sz scādalū nō inuenit sepatō ab aliis pctis: qz sp est dictū vel factuz min' rectū. g̃ nō ē spāle peccatū. ¶ P̄. sm̄ quodlibet gen' peccati ꝓtingit aliq̃d dcm̃ vel scm̃ minus rectū p̄bens occasionē ruine. sz hec est diffinitio scandali. g̃ scādalū nō est aliquod spāle peccatū. ¶ P̄. q̄cūq peccat corā alio scandalizat. sz corāz alio peccare ñ addit supra pctm̃ simplicit aliquā differentiā specificā: sz circūstantiā q̄ndaz: sic nec occulte peccare. g̃ scandalū nō est spāle peccatuz. ¶ P̄. agens ꝓportionat patienti. sed scandalum passiuū non est spāle pctm̃: qz q̄cunq pctō aliq̃s ruat exemplo alterius scandalū pati dī. g̃ nec scādalū actm̃ est spāle pctm̃. ¶ Sz cōtra: ꝓtingit peccare in se: in deū: ꝛ in ꝓximū. sz scandalū est pctm̃ i ꝓximū. g̃ ē in spāli genere pcti. ¶ P̄. malū dicit aliq̃d: qz nocet sm̄ Aug'. sz scandalū hz spālem rōnem nocumenti. g̃ ē spāle peccatū. ¶ Uteri' videt q scandalū sp sit mortale pctm̃: Mat. xviij. sup illud: Ue mūdo a scandalis. dicit glo. Immineat eterna dānatio inundās ꝓpt scandala. sz eterna dānatio nō debet nisi ꝓpt peccatum mortale. g̃ scandalū sp ē peccatū mortale. ¶ P̄. vita spūal' est dignior q̄ corporalis. sz q̄ subtrahit alicui vitā corporalē mortalit peccat. g̃ ꝛ q̄ scandalizat: cū subtrahat spūalez vitā inducens alterū in ruinā. ¶ Sz cōtra: scandalū est dictum vl factū min' rectū p̄bēs alteri occasionē ruine. sz ēt peccatū veniale est h'moī qñq. g̃ scandalū qñq ē peccatū veniale. ¶ Rīdeo dō ad p̄mā q̄onem: q duplex est scandalū. s. actiuū ꝛ passiuū: vt ex dictis pz. passiuum q̄dem scādalū sp peccatum est: qz ille scandalum patit qui aut a via dei ejcit: aut saltez in via retardat: quod non potest eē sine mortali vel veniali pctō. actiuū etiā scandalū semp est peccatum: qz scandalum actiuū semp ē aliquid quod q̄tū ē de se natum est inducere alterū ad peccādū: ꝛ tale semper aliquā inordinatōem hz: vel ex genere actus: vel saltē ex circūstantijs psone loci ꝛ tpis. ꝛ iō semper ē pctm̃. sz qñq scandalū actm̃ pōt eē sine peccato alicuius scandalū patiēti: qñ. s. aliq̃s q̄tum ē de se dat occasionē ruine: sz alius non ruit. qñq etiaz ecōuerso est scandaluz passiuū sine pctō alicui' faciēris scandalū: vt qñ aliq̃s sibi sumit occasionē ruine: ex eo qđ ab altero nō inordinate fit. ¶ Ad p̄mū g̃ dō: q duplex est necessitas vna absoluta siue aliq̃d sit necessariū p scipsum: sic necessariū est deū eē: siue ex coactōe alicui' cause exteriozis: sicut violentū dī necessariū: ꝛ sic nō est necessariū scandala euenire. Alia est necessitas ꝓditionata: q̄ ñ repugnat volūtario: ꝛ sic necesse ē scandala euenire necessitate ꝓditōnata ex trib'. Primo ex ipsa p̄scientia ꝛ p̄destinatiōe diuina: sicut dicimus: necesse est hoc esse si deus p̄uidit: ꝛ talis necessitas non repugnat libertatis arbitrio: vnde sup hūc locū dicit Chrysо. cū dī: necesse nō spontaneū ptātis destruit: neq libertatē electōis nō igit p̄dictio eius scandala inducit: neq qz prędixit hoc fit: sed qz futurū erat: ꝓpter hoc p̄dixit scđo ex inclinatōe fomitis: sicut etiā dicim' q necesse est peccare venialit: q̄uis sit possibile singla venialia peccata vitare. tertio ex vtilitate ꝓsequēte quā de' ex scandalis elicit: sic oia vtilia dicunt necessaria. ¶ Ad secundū dō: q fz illā glo. videt q Petrus nō peccauerit volēs passionē christi impediri: qz passio christi poterat ꝛ placere laudabilit: ꝛ displicē sm̄ diuersa: ꝛ tūc scandalū sumit large p quolibet ipedimento alicui p̄stito in via

aliqua: quã ꝓsequi intendit. ¶ Ad tertiũ dō: q̄ ꝑ se loquẽdo scandalũ actiuũ est maius peccatuz q̄ passiuũ: qz in vnoq̄z genere cã est potior effectu tñ aliq̃ pōt esse maius passiuũ q̄ actm̃: qñ aliq̄s maioris ruine occasionẽ sumit q̄ sibi det: sic etiaz qñq̄z est passiuũ pctm̃ sine pctō agẽtis. Qd autẽ Iero. dicit intelligendũ est q̄tũ ad genus peccati: z nō q̄tum ad q̄titatem reatus: z tñ alia ꝓpositio falsa est. s. q̄ scandalũ passiuum nō sit pctm̃: qz ipsa ipactio spũalis q̃ddam pctm̃ est: inq̄tuz ẽ q̃dam retardatio a via dei: z q̄uis dicat passiuuz scandalũ: nō tñ est oino passio: sz quedã actio: qz eni nō pōt sufficiens peccādi cã ab exteriori ꝓberi alicui: q̃si cogens ipsũ ad peccandũ: ille q̄ scandaliçat cooperat agenti: z iō peccat. ¶ Ad scdaz qōnem dō: q̄ actus aliq̄s determinat ad speciẽ moris duplicit. vno mō ex pte obiecti: sic fornicatio ex h̄o q̄ ẽ circa delectabilia tact': z hec determinatō est mãlis: z respicit hitum elicientẽ actũ: alio mō ex pte finis: z hec ẽ formal' specificatō: z rspicit hitũ imperantẽ. Cōtingit ãt qñq̄z q̄ ad eandez speciez determinat actus ex vtraq̄z pte: sic qñ aliq̄s act' ab eodẽ hitu elicit z imperat: vt cum q̃s fornicatur ꝓpt delectatiōem: qñq̄z aũt ex vtraq̄z pte determinat: sz ad diuersas spẽs: vt qñ act' ab vno habitu elicit: z ab alio imperat: sic cuz quis fornicat ꝓpt lucrũ: determinat eni ad spẽm luxurie ex obiecto sz ad spẽm auaricie ex fine: nō tñ sũt ibi duo pctã sz vnũ pctm̃ duplex: cũ sit vnus actus. qñq̄z etiaz euenit q̄ aliq̄s actus nō determinat ad aliquã certã spẽm ex pte obiecti: sz ex pte finis: eo q̄ hz determinatũ habitũ a quo iperat: sz non a quo eliciat sic edificare ꝓmũ: quẽ actũ charitas non elicit: qz ei' nō est elicẽ nisi interiores act' p quos non fit edificatio: sz iperat eũ z ab aliꝫ vtutib' elicit materialit: nō determinate ab aliq̃: sz ab oibus: quia charitas oibus imperare potest. z qz scandalum actiuũ est peccatũ oppositũ edificationi ꝓmorum: iō mãlit loquendo ex parte materie z habituũ elicientiũ non est spãle peccatũ: sz solũ loquẽdo formalit ex parte finis z habitus imperãtis: q̃ est hitus charitati oppositꝰ. s. vitium odij: z ideo qñ aliq̄s dcm̃ vel factũ min' rectũ facit: intendẽs occasionem ruine ꝓmo pstare: spãle pctm̃ scandaliçando cõmittit. Si ãt ꝓter intentiõem suã accidat non erit scandalũ actm̃ speciale peccatũ: tñ erit circũstantia quedaz peccati: eo q̄ sic quilibet actus virtutis hz ordinẽ ad finem charitatis etiã si actu nō ordinet in finẽ illũ: z sic hz aptitudinez ut impetur a charitate: ita quodlibet pctm̃ q̄tuz ẽ de se hz ordinẽ ad ōrtuz finẽ: etiã si ille finis nō intendat ab agente. ¶ Ad ꝑmũ g̃ dō: q̄ peccatuz scandali actiui inuenit qñq̄z sepatũ ab oi alia spẽ pctī: qō ꝓsistit in actu exteriori: ut qñ actus exterior de se nō esset pctm̃: nisi inq̄tum p quandã similitudinẽ peccati: quã hz natũ ẽ dare occasionẽ ruine in manifesto factũ: sic comedere idolatroticuz z iō etiam in diffinitione scandali nō dicit dictuz vel factũ puersum: sed minus rectũ. z sic patet q̄ obiectio ꝓcedit ex falsis. ¶ Ad scdm̃ dō: q̄ ratio illa ꝓcedit ex pte elicientiũ hituũ: z non ex parte hitus imperãtis. ¶ Ad tertiũ dō: q̄ hec circũstãtia corã alio nō addit peccato ex sui rõne nouam spẽm: sed ex fine ad quẽ p talẽ circũstãtiã ordinabilis est: vñ ẽt peccare in occulto non trahit pctm̃ ad aliam spẽm: qz p hoc nō recipit ordinẽ in aliũ finem. ¶ Ad q̃rtũ dō: q̄ ille q̄ scandaliçat: z agit z patit: actio ãt sua non ptinet ad genus scandali sed ad aliud quodcũq̄z: sola aũt passio sua ptinet ad genus scandali. z qz nullus peccat fm q̄ patit sed solũ fm q̄ agit: iō scandalũ passiuũ nō ponit speciale peccatũ: sic scãdalũ actm̃: qd ex ipa actione ad genus scandali ptinet. ¶ Ad tertiã qōez dō q̄ duplex est scandalũ: vt dcm̃ est. s. actm̃ z passiuuz: z vtrũq̄z est qñq̄z veniale: qñq̄z mortale peccatũ. passiuũ quidem mortale peccatum est qñ aliquis ex pctō alterius i pctm̃ mortale ruit: siue fcm̃ agentis sit bonum: siue indifferens: siue malũ: mortalis aut venialis peccati. sed veniale pctm̃ est qñ aliquis ex facto alterius quocũq̄z nō ruit: sed disponit ad ruinã: sicut qui impingit disponitur ad casum: etiã si non cadat: vñ glo. Ro. xiiij. Scandalũ ꝓtristatiõem nominat. sed actiuũ scandalũ potest accipi duplicit: vno mō formalit qñ. s. est spãle peccatũ: ex hoc q̄ intendit aliũ scãdaliçare: z sic si intendat ꝓmum inducere in peccatum mortale mortaliter peccat. si autem intendat inducere ad aliquod veniale: peccat venialit: q̄tum ptinet ad rõnem scandali: quia si intenderet ducere in peccatum veniale per actum mortalis peccati: peccaret mortaliter: sed hoc accideret scandalo. alio modo materialiter: quando est circunstantia peccati: quia non intendit ꝓmi nocumẽtũ: z tũc idẽ iudiciũ ẽ ō scãdalo: z de actu q̃ aliquis scandaliçat: qui qñq̄z ẽ veniale: qñq̄z mortale peccatum: nisi forte esset veniale aut indifferens habens similitudinẽ mortalis peccati. tunc enim scandalum actiuum esset peccatum mortale: cum ex aliquibus circũstantijs concurrentib' ex q̃bus estimari ꝓbabiliter posſz q̄ infirmi aspicientes peccarẽt mortaliter. ¶ Ad ꝑmũ g̃ dō: q̄ oñs loquitur de scandalo actiuo: quod est pctm̃ mortale. ¶ Ad secũdũ dō: q̄ ille qui scandaliçat non aufert semper vitam spũalem: qz qñq̄z factũ ei' non ẽ natũ inducere in pctm̃ mortale: z si aliquis ẽt ex h̄o p culpã suã in pctm̃ mortale ruat. z ꝓterea q̄ aufert vitã corꝓalẽ: dat sufficientẽ cãz nãlis mortis. sz q̄ scandaliçat nō dat sufficientem cãm mortis spũalis: ut dictum est.

¶ Ad tertiũ sic ꝓcedi tur: videt q̄ scandalũ passiuũ non sit tm̃

puſillozꝝ: chriſtus. n. puſillus nō fuit: ſed pfectiſſimus. ſed chriſtus paſſus fuit ſcandalum a Petro cui dixit: Scandalum mihi es. Matth. xvj. ℊ ꝛc. ¶ D. nullus pōt amare: niſi aliqs ameť. ℊ nullus pōt ſcandaliçare: niſi aliqs ſcandaliçeť. ſz ille qui coꝝā pfectis viris peccat: ſcandaliçat non alios q̄ videntes. ℊ pfecti ſcandaliçant: ꝛ ſic nō ſolū puſilli. ¶ D. ēt pfecti interdū venialiť peccāt. ſz qñqz veniale pctm̄ ē ſcandalū. ℊ etiā pfecti ſcandaliçantur. ¶ Sz ꝯ ē q̄ oñs Mat. xviij. vbi loquitur de ſcandalo: non facit mentiōez: niſi de ſcandalo puſillozꝝ. ℊ ipſi ſoli ſcādaliçant. ¶ D. apl's Ro. xiij. vbi diť de ſcandaliçat: q̄ ꝓſcia eozꝝ cū ſit infirma polluiť. ſed pfecti nō hñt ꝓſciam infirmam. ℊ ꝛc. ¶ Vlterius vī q̄ ēt pfectis cōpetat ſcādalū actiuū chriſtus. n. pfectiſſimus fuit. ſed ipſe ſcandaliçauit: qz poſiť ē in ruinā mltozꝝ: vt dicit Luc. ij. Et phariſei audito vbo eius ſcandaliçati ſūt: vt dicitur Mat. xv. ℊ ſcandalū actiuuz cōpetit pfectis. ¶ D. Petrus poſtq̄ fuit ſpūſcō cōfirmať pfecť fuit. ſz ipſe ſcandaliçauit: qz fcō ſuo cogebat gētes iudaiçare. ℊ ꝛc. ¶ Sz ꝯ: nō. n. eſt eiuſdē ꝓuocare exemplis ad bonū: ꝛ ſcandaliçare. ſz ꝑmū eſt pfectozꝝ: vt ꝑz Mat. v. Sic luceat lux veſtra ꝛc. ℊ nō eſt eozuz ſcandaliçare. ¶ Vlterius vī q̄ ſoli pfecti pñt ſcandaliçare: qz ꝯria ꝓrīs rñdere debent. ſed ſcandalū paſſiuū diuidiť ꝯ actiuū. cū ℊ ſolis puſillis ꝓueniat ſcandalū paſſiuū ſolis pfectis ꝓuenire poterit actiuū. ¶ D. ille ſolū ſcandaliçat: q̄ exemplo ſuo ꝓuocat ad peccandū: ſz hoc eſt illozū tm̄ quozꝝ vita in exemplū alioꝝ eſt poſita. ſ. p̄latozꝝ: ꝛ religioſozꝝ. ℊ ipſozꝝ tm̄ ē ſcandalū actiuū. ¶ Sz ꝯ: Petrus añ paſſionē nondū erat in ſtatu pfectōis: qz nondū erant celi. i. apl'i vbo dei: et ſpū oris eius ꝓfirmati. ſed ipſe q̄tuz in ſe fuit ſcādaliçauit: vñ ei dī: Scandalū mihi es. Mat. xvj. ℊ ſcandalū actiuū nō eſt pfectozꝝ tm̄. Rñdeo dō ad ꝑmā qōnem: q̄ ſcandalū paſſiuū patiť aliquis duplicit: vno mō ex ꝓpa electōe: ſicut cū quis videns aliquē peccantē eligit ſequi eū ad peccandū ꝛ ſic nō eſt pfectozꝝ ſcādalū paſſiuū: qz ipſi ſequūtur p̄ncipaliť chriſti exemplū: ꝛ p̄cepta dei: ꝛ rōis bonū: vñ nullius exemplū ꝯ p̄dcā ſequunť. alio mō p̄ter electōem: ſicut cū ex fcō alteri' alicui ſbꝫoritur aliquis ꝓcupiſcentie motus: vel etiā triſticie: aut ire: aut alicuius huiuſmodi: ꝛ ſic ſcandalū paſſiuū pōt eſſe quozūlibet pfectozꝝ ſm ſtatū vie. ſz qz p̄ncipale moꝛis electio eſt: vt phs̄ dicit i viij. Ethi. cōiť dī q̄ ſcandalū paſſiuū non eſt pfectozꝝ. ¶ Ad ꝑmū ℊ dō: q̄ chriſtus dixit Petro: Scandalū mihi es. nō qz ex facto eius ſcandaliçatus ſit: ſz qz Petrus q̄tū i ſe fuit aliquo mō ei ſcādalū dedit. ¶ Ad ſecūdū dō: q̄ grāmatice loquēdo oīs actiua ꝓuertiť in paſſiua: qz grāmatic' nō ꝓſiderat ſbam actōis: ſed modū ſignificādi. oñe aūt vbum actiuū ſignificat actōnem ut in alium trāſeuntē: ſz ꝓſiderando ſbam actōis aliqñ actio egrediť ab agente: ꝛ nō ptingit vſqz ad patiēs: qđ hz in ſua ptāte recipere effectum agentis: ꝛ nō recipere: vel ꝓpter aliquod impedimentū interueniens: ꝛ ideo realiť loquendo in oībus actōnibus que terminant ad aliquid extra agētē actiua nō ꝓuertiť in paſſiuā: ſicut eſt pcutē: occidere: ſcandaliçare: ꝛ alia huiuſmodi: ſed amare: ꝛ cognoſcere ſūt actus interiozes aie: que non ꝓgrediunt ad rem extra: niſi ſm q̄ eſt aliqualiť in ipo agente: ꝛ ideo in talibus actionibus etiā realiť loquendo ſē per actiua in paſſiuaz conuertiť. ¶ Ad ꝫm dō: q̄ q̄uis vir pfectus qñqz ex electione etiam aliqđ veniale peccatū cōmittat: ſiue ex ꝓpoſito: nō tñ eligit ſequi aliquē in peccato etiā veniali: quia iſta eſt valde leuis cā peccandi: ſed qñqz alia cā moꝛ' peccatum veniale eligit. Ad ſcđam qōnem dō: q̄ ſcandalum actiuuz qñqz eſt veniale: qñqz moꝛtale peccatum: vt ex dictis patz: ſm ergo q̄ ē moꝛtale peccatū nullo modo pfectis competit: ſiť nec peccare moꝛtaliť: ſed ſm q̄ eſt veniale peccatum conuenit etiam qñqz pfectis: ſiť ꝛ pctm̄ veniale: ĩq̄tum in eis aliquid īfirmitatis remanet. ¶ Ad ꝑmū ℊ dō: q̄ quia aliqui ex factis aut dictis chriſti ſūpſerunt occaſionē ruine: dī eē in ruinaz ꝛ in ſcandalum: nō qz ipſe dederit aliquam vel modicam occaſionez ruine. vñ non legitur q̄ chriſtus aliquos ſcandaliçauerit: ſz q̄ aliqui ex factis vl' vbis eius ſcandaliçati ſūt. ¶ Ad ꝫm dō: q̄ Petrus ſm Aug'. in rei veritate rep̄henſibilis fuit in fcō illo: non quia puerſe operatus ſit: ſed indiſcrete: ꝛ ideo ſm hoc non eſt inconueniens dicere q̄ venialiť peccauerit ſcandaliçando. ſed quō Hiero. excuſet Petrum etiā a peccato veniali ſupra diſ. j. dcm̄ ē. ¶ Ad tertiā qōnem dō: q̄ etiā impfecti pñt dare ſuo dicto vel facto alī occaſionē ruine: vel indirecte ꝓuocando exemplo: vl' directe ꝓuocando ad malū pſuadendo vbis: aut cōmouēdo factis: ꝛ ideo ñ ē dubiū q̄ quilibet impfectus pōt ſcandaliçare. ¶ Ad ꝑmū ℊ dō: q̄ in viris pfectis eſt aliqua diſpoſitio ꝓhibens ſcandaluz paſſiuū ab ipſis. ſed in viris impfectis nihil eſt qđ ꝓhibeat ſcandaluz actiuū: ꝛ ideo rō non ſequiť. ¶ Ad ꝫm dicendū: q̄ ſcandalum actiuū non conſiſtit in hoc tm̄ q̄ aliqs exemplo ſuo ꝓuocet aliū ad peccandū: ſed in hoc q̄ dat occaſionē ruine alteri q̄cūq̄ mō. Cōſtat aūt q̄ q̄libet imperfectuſ pōt dare alteri occaſionē ruine: vel pſuadendo vbis: vl' ꝓuocādo ad ipatientiā p̄ iuſtas pſecutōes: ꝛ iō ñ ē dubiū q̄ ipfect' pt ſcādaliçare: ꝛ tñ ēt ſm ē qđ dī q̄ ipfect' ñ ſcandaliçat p̄ modū exēpli: qz de' vnicuiq̄ mādauit ō ꝓxio ſuo: vt ꝑz Eccle. xvij. ꝛ iō q̄libz tenet ad h'q̄ edificet ꝓximū exēplo ſuo. experimēto ēt ſcit q̄ exēplo eozꝝ q̄ ñ ſt i ſtatu pfectōnis mlti ad peccanō ꝓuocant: qz nō ſolū exempla maioꝝ: ſz ēt eq̄liū ꝛ minoꝝ nata ſunt mouere.

AD quartuz ſic pro
cedit: Uidet q veritas ſit ꝓpter ſcãdaluz
dimittenda. i parabola de ziçania dicit glo. Aug⁹
Lũ mltitudo eſt in cã vel ꝓnceps detrahendũ eſt
ſeueritati. ſed nõ niſi ꝓpt ſcandalũ. g veritas iuſti
cie ꝓpt ſcandalũ dimittẽda eſt. ¶ D. vitatio cui⁹
libet peccati ptinet ad veritatẽ vite. ſed hõ ad vi
tandũ ſcandalũ ꝓximi debet peccatũ veniale cõ
mittere: quia plus debet cauere dãnũ eternũ ꝓxi
qõ patit ꝑ peccatũ mortale quo ſcãdaliçatus ruit
q̃ dãnũ tpale ſuũ qõ patit ꝑ peccatũ veniale. g ve
ritas vite dimittẽda eſt ꝓpt ſcandalũ. ¶ D. aliqñ
ſubtrahit ꝓdicatio ꝓpter ſcandalũ generale. ſz ꝑ
dicatio ptinet ad veritatẽ doctrine. g ꝛ veritas do
ctrine dimittenda eſt ꝓpt ſcandalũ. ¶ Sed ꝓtra
eſt qõ Greg. dicit: ſi de veritate ſcandalñ ſumitur
vtilius ꝓmittit naſci ſcandalũ q̃ veritas reliquat.
g veritas nõ eſt ꝓpt ſcandalũ dimittẽda. ¶ D. hõ
nõ debet peccare vt alteri⁹ peccatũ vitet. ſed ille q̃
dimittit veritatẽ peccat. g nõ debet ꝓpt ſcandalũ
alterius aliqs veritatẽ dimittere. ¶ Lteri⁹ videt
q ꝓſilia ſint ꝓpt ſcandalũ dimittẽda: quia regula
eſt Hiero. q oñe qõ põt fieri vel nõ fieri ſalua tri
plici veritate dimittendũ eſt ꝓpt ſcandalũ. ſz con
ſilia ſũt huiuſmodi. g ſũt dimittẽda ꝓpt ſcãdaluz
¶ D. votũ religionis quoddã ꝓſiliũ eſt. ſed hõ ꝏ
bet dimittere religionis igreſſũ ꝓpt ſcandalũ ꝑen
tum: ne honoꝛ eis debitus ſubtrahat: qꝛ ꝓceptuz
ẽ: Honoꝛa parẽtes. Exo. xx. g ꝓſilia ſunt ꝓpt ſcan
dalũ dimittẽda. ¶ D. opa mie qñqz dimittenda
ſũt ꝓpt ſcandalũ: ne credant fieri intentione vane
laudis. ſed opa mie ſunt in conſilio vel in ꝓcepto
nec ſũt dimittenda ſm q ſũt in ꝓcepto: qꝛ iã perti
nent ad veritatẽ vite. g ſũt dimittenda ꝓpt ſcãdalũ
iuquãtũ ſũt in ꝓſilio. ¶ Sz ꝯ: ſcandalũ eſt dictuz
vel factũ minus rectũ. ſed ꝓſiliũ nõ eſt de reb⁹ mi
nus rectis: ſz de maioꝛib⁹ bonis. g nõ eſt dimitten
da pp ſcãdalũ obſtuatio ꝓſilioꝝ. ¶ D. Hiero. dic
ad Eliodoꝛ. ſ. puul⁹ i collo pẽdeat nepos: ſz ſpſo
crine ꝛ ſciſſis veſtib⁹ vbẽa ſua oñdat mr̃: lz i limie
pi iaceat: pcalcato pge pie: ſiccis oclis ad vexilluz
crucꝭ euola: ſolũ gen⁹ pietatꝭ ẽ i hac re eſſe crudelẽ
loquit aũt de aſſũptõe religionis. g ꝓſilia non ſũt
dimittenda nec etiã ꝓpt ſcãdala ꝓpinquoꝝ: ꝛ ita
multo minus ꝓpt ſcandala alioꝝ. ¶ Lterius vi
q res tpales ſint dimittende ꝓpter ſcandalum:
Aplo enim debebantur tpalia qui ſpualia ſemia
bat. ſed apls non vſus eſt hac poteſtate ne offẽdi
culum darẽt euãgelio chriſti: vt patet p⁹ Loꝛ. ix
g ꝛ nos ꝑ ſcandalo vitando tpalia debem⁹ abiicẽ
¶ D. aliqs tenet dare rẽ ſuã exiſtẽti vltia i neceſſi
tate ad mortẽ tpalẽ cuitandã. ſed magis debemus
obuiare morti ſpũali ꝓximi q̃ coꝛpoꝛali. g potius
debem⁹ ei rem tpalẽ dimittere q̃ dimittam⁹ eum
in mortẽ ſpũalem cadere ꝑ ſcandalũ. ¶ D. inter
oia tpalia cibus maxie neceſſarius eſt coꝛpoꝛi. ſed
cibus dimittendus ẽ ꝓpt ſcandalũ: dicit. n. j. Loꝛ.
viij. Si eſca ſcãdaliçat fratrẽ meũ nõ mãducabo
carnes in eternũ. g multo foꝛtius alia tpalia ſunt
ꝓpter ſcandalũ dimittẽda. ¶ D. ꝓma Loꝛ. vj. dic
aplus. Jaz delictũ eſt in vobis q iudiciũ habetis
inter vos qꝛ nõ magis iniuriã patimini. hoc autẽ
nõ dicit niſi ꝓpter ſcandalũ qõ inde ſequebatur.
g ꝓpter ſcandalũ hõ debet dimittere tpalia ne ea
in iudicio repetat. ¶ D. decime ꝓputantur inter
ſpũalia tpalibus annexa. ſed eccleſia nõ exigit de
cimas vt ſcandalũ vitet. g ꝛ multo foꝛti⁹ alia tpa
lia ſũt ꝓpt ſcãdalũ dimittenda. ¶ D. i oꝛdie cha
ritatꝭ debem⁹ bonũ ſpũale ꝓximi bono nr̃o tpali
ꝓponere: ſicut etiã aiam eius coꝛpoꝛi nr̃o. g ꝓmuz
debem⁹ dimittere bona nr̃a tpalia: q̃ ꝓximi i ſpũ
alibus detrimẽta patiant ꝑ ſcandalum. ¶ D. hõ
põt dimittere tpalia vl nõ dimittere ſalua triplici
veritate. g ſm regulã Hieronymi debẽt ꝓpt ſcan
dalũ tpalia dimitti. ¶ Sed ꝓtra beat⁹ Thomas
cãtuarienſis repetit res eccleſie cũ ſcandalo regis
g ꝛ nobis licet repetere bona tpalia cum ſcandalo
alioꝝ. ¶ D. nullus ex peccato ſuo debet repoꝛta
re cõmodum. hoc aũt eſſet ſi ei q̃ ſcandaliçat res
aliene quas detinet dimitterent. g non ſũt dimittẽ
de res tpales poſſidenti iniuſte ꝓpt ſcandalũ eius
vitandum. ¶ Rñdeo dꝯ ad. j. qoez q ſcãdalũ acti
uum nũq̃ eſt ſine peccato facientis vt ex dictis ꝑz
nulla aũt de cauſa debet aliqs inclinari ad pecca
dum. vñ potius debet oia ptermittere q̃ ſcãdaluz
actiuũ faciat. nec vnq̃ ꝓpter ſcandalũ actiuuz vi
tandum poteſt dimitti veritas: quia quicũqz veri
tatem ſequit non ſcãdaliçat actiue: cum ſcãdaluz
actiuũ ſit factũ vel dictũ minus rectum. vnde cũ
querit vtrũ veritas ſit dimittenda ꝓpter ſcãdaluz
non intelligit queſtio ꝏ ſcandalo actiuo ſz ꝏ paſſi
uo: qõ interduz eſt ſine peccato facientis illud vñ
ſcandali occaſio ſumit: q̃uis nũq̃ ſit ſine peccato
eius qui ſcandaliçatur: vt ex dictis ꝑz. Et tõ cuz q̃
ritur quid ſit dimittendum ꝓpter ſcandalum paſ
ſiuum: nihil aliud eſt querere q̃ quid hõ debeat
dimittere ne alius peccet. Cum aũt homo ex oꝛdi
ne charitatis ſe plus q̃ ꝓximũ in ſpũalibus bonis
diligere teneat: nullo modo aliquis peccare debet
vt peccatũ alterius vitet. quicũqz autem veritatez
relinquit peccat. veritas aũt de qua loquimur cõ
ſiſtit in hoc q homo in dictis ꝛ factis ſuis rectitu
dini diuine ſiue diuine legis regule ſe ꝓfoꝛmet: cui
quidem homo confoꝛmari debet: ꝛ in his que ad
cognitionẽ ptinent. ꝛ hoc pertinet ad veritatez do
ctrine: ꝛ in his que ad actionem ſpectant: ſiue ea
debeat aliquis ꝑ ſeipſum agere qõ ptinet ad veri
tatem vite: ſiue ea debeat ab alijs obſeruanda ꝓ
mulgare: qõ ptinet ad veritatem iuſticie. q̃ cõſiſtit
in rectitudie iudicij: nõ tamen quicũqz ꝓmittit
aliquid in quo ſe diuine legi cõfoꝛmare põt dicit

veritatē dimittere: qz illo remoto veritas adhuc remanere pōt: Sed tūc dicit aliquis veritatem dimittere qñ dimittit vel facit aliquid quo omisso z facto veritas non manet: qđ sine peccato esse nō pōt: z iō nullo modo veritas ꝓpter scandalū passiuū alterius dimittenda est. ¶ Ad p^m g̃ dō q̄ iustitie actus est reddere vnicuiq; qđ suū est. Dupliciter aūt redditur vnicuiq; qđ suū ē. Uno modo qñ datur ei illud qđ sibi directe vtile est: vt pecūia vel argentū: vl̄ aliquid huiusmodi qđ sibi sine peccato denegari nō pōt: vñ quātūcūq; scandalū debeat sequi iudex debet facere q̄ ius suū isti reddatur. Alio modo qñ opus iustitie qđ ad petitōem alicuius redditur: non directe cedit in bonū petētis sed magis in bonū reipublice: sicut patet i illatiōe penaꝝ quibus pax in re publica ꝓseruat malefactorib⁹ repressis: vñ si iudex qui curam reipublice gerit videt ex inflictione pene maius icōmodū rei publice ꝓuenire: pōt pnā vel ptermittere vel mittigare: nec alicui in hoc facit iniuriā: quia ipe ꝓsonam reipublice gerit: z hoc etiā facere debet: quia ex officiō tenet vtilitati publice ꝓuidere. h⁹ aūt contingit precipue qñ pnceps vel aliqua mlti tudo est in causa: aut aliquis de cuius pena timet ne scisma sequat: z iō dicit Aug⁹ q̄ cuz multidine peccantiū agendū est magis monendo q̄ minādo seueritas exercenda est in peccato paucoꝝ. Sz hoc intelligendum est qñ ex dissilatōe peccati pricipis vl̄ ēt mltitudinis maius piculum non timetur q̄ ex pena: vnde si ex ipunitate pncipis vel multitudinis fides z doctrine veritas: z boni mores corrūpantur: non pcendū est pncipi nec multitudini qđ pcipue contingit qñ peccantes suum peccatuz auctoritate aut potestate ōfendere moliuntur: vñ Isodo. dic̄: Hi q̄ neq; a vitio correctionis emēdātur atq; hocipsum delictū qđ ꝓmittūt vendicare quadaz supstitiosa auctoritate nituntur: nec gradum honoris nec grām recipiant communionis.

¶ Ad 2^m dō q̄ homo aliqđ peccatū veniale cōmittere ne alius peccet mortaliter non tenet: nec bñ facit cōmittendo: quia ad vitandum peccatuz non inclinamur pncipaliter ex dāno proprio quia hoc essz desistē a peccato timore pene: sz icliamur ne deū offēdam⁹: cui⁹ offensa ē ēt veniale peccatū quāuis nō ita magna sicut mortale. nullus autem debet deū offendere parū ne ali⁹ offendat multuz qz hō debz in infinitū plus diligere deū q̄ pximū z iō nullus debz facere peccatū veniale ad vitādū scandalū dūmō actus suus ex tali cā fact⁹ peccatū veniale remaneat. ē. n. oppositio i adiecto si dicat q̄ aliqs debet peccare aut bñ facit peccādo. ꝓtigit tñ aliquē actū ex tali cā factū nō esse peccatū veniale qđ alias veniale esset: sicut dicere vbū ociosuz iam. n. nō esset ociosū: cū non careret cā pie vtilitatis. ¶ Ad 3^m dō q̄ in doctria est ꝓsiderare duo s. actū docentis: z rem q̄ docet. act⁹ aūt docentis ptinet ad veritatem vite sicut z alij actus misericordie: quia doctrina est elemosyna spūalis: vt supra dis. xv. dictū est: vñ de ea est idem iudicium z de alijs actibus misericordie: de quib⁹ post dicet q̄ aliqñ ꝓpter scandalum differri possūt: sed res ipa que docetur est que ptinet ad veritatē doctrie nec veritas doctrie ptermittit qñ aliqua res vera tacet: sed qñ veritati illius rei ꝓiudiciū generatur siue ex ꝓria doctrina siue ex taciturnitate aliq̄uz z sic ꝓpter nullū scandalum est veritas doctrine relinquēda. ¶ Ad. ij. qōez dō q̄ oia opa pfectōis que nō sunt in pcepto ꝓsilia dicunt: vñ ptermitti possunt salua triplici veritate: sed aliqñ cadūt sb̄ pcepto: vel ex voto vl̄ ex aliq̄ alia circūstātia: z tūc ptermitti non possūt sine ꝓiudicio veritatis vite z sic de eis nūc nō loq̄mur: sed solū qñ manet in ptāte nr̄a facere ea vel nō facere. Sic ergo loquēdo distinguendū est in scādalo passiuo: qz qñq; oritur ex malicia odientiū veritatē: qui turbātur z alios turbant ꝓpter opa lucis quasi filij tenebrarum: z hoc est scandalū phariseoꝝ vt Ber. dicit z ꝓpter hoc scandalū passiuū nullo modo ꝓsilia sunt dimittenda: quia sic iniquis daret locus īpediendi opa pfectionis cum vellent: vñ dñs dixit ꝺ phariseis qui ex malicia scandalizabant ex factis z dictis ei⁹: Sinite illos: ceci sūt z duces cecorum. Qñq; aūt oritur ex ignorātia vel infirmitate: Et hoc dicit ꝺm Ber. scandalū pusilloꝝ qui non cognoscūt veritatez: z ꝓpter hoc de opibus vītatis turbant: z hoc scandalū cauit dñs Matth. xvij. vbi dixit Petro: Ut aūt nō scandalizem⁹ eos &c. z cauere docuit Matth. xviij. vñ ꝓpter tale scandalū passiuū ꝓsilia sūt ad tps inimittenda: vel occulte agenda. non aūt oīno dimittenda: qz homo plus sibi q̄ ꝓximi spūalib⁹ ꝓuidere debet: z ignorantia si diu duret in malicia p obstinatōez ꝓmutatur: tñ attendēda est quātitas scādali z boni qđ ꝓtingit ex ꝓsilio fuato: z ꝺm hoc aliqñ ꝓsilia sunt pretermittenda propter scandalum pusillorum: vel scandalum contēnendum propter consilia.

¶ Ad p^m g̃ dō q̄ ad veritatē vite ptinēt nō soluz illa q̄ sūt de necessitate salutis sz etiā ea q̄ sunt de pfectōe salutis: vñ q̄uis omissis ꝓsilijs saluet aliq̄ mō vitas vite nō tñ pfectio vītatis vite: vñ vbum Piero. magis referendū ē ad indifferētia ex genē suo q̄ ad ꝓsilia. ¶ Ad 2^m dō q̄ in eo q̄ religionez vult ītrare distinguendū est: qz aut sibi timet de piculo salutis iminēte si i secl̄o remaneat: z tunc ꝺz oībus modis obuiare piculo vite: scādalo nō obstante. si aūt non imineat z voto nō obligat: ꝺz p vitādo iusto scādalo parentū qb⁹ sb̄uenire tenet ad tps suspēdere ꝓpositū pfectōis vt pceptū ipleat p suo tpe de honorādis parētib⁹: z postmodū ꝓsiliū tpe magis idoneo. Si aūt scādalū ꝓpiq̄uz vl̄ alioꝝ sit irrationabile: tā accedit ad scādalum phariseoꝝ: vñ tūc ꝓpt scandalū nō ꝺz pimittere

¶ Solet etiā q̄ri ſ q̄liter dabit ꝛc. Poſt q̄ determiauit magiſter de remuneratōne animaꝝ: et punitiōe que ꝓcedit iudiciuz generale: hic icipit determiare de remuneratione et punitione que erit p iudiciū generale. Et diuidit in partes duas. In pma determinat de ipō generali iudicio. In ſecūdo determinat de remuneratiōe ꝛ pena qua generale iudiciū conſequit. xlix. di. ibi: Poſt reſurrectionē vero facto impletoq; ꝛc. Prima pars diuidit in duas. In prima determinat ea que pertinent ad modū iudicij et ad iudicis miniſteriuz. In ſecūda determinat ea que pertinēt ad iudicis perſonam. xlviij. di. ibi: Solet etiā queri qua forma ꝛc. Prima i duas. In prima enī requirit de iudicij mō. In ſecūda de iudicis miniſtris ibi: Non autē ſolus chriſtus ꝛc. Et hec pars diuidit in tres. In prima enī oſtēdit quomodo homines cū chriſto iudicāte pariter iudicabunt. In ſecūda oſtendit quid miniſterij angeli in iudicio exhibebūt ibi: Cum autē in euangelio legatur ꝛc. In tertia parte requirit vtrū demones miniſtri huiꝰ iudicij ſint futuri torquēdo damnatoꝝ animas ibi: Et ſolet queri vtrū i inferno ꝛc. Pria pars diuidit i duas. In pma oñdit q̄ quidā homes cū xpō iudicabūt. In ſecunda enumerat quatuor ordines hominū qui ad iudiciū veniūt ibi: Sunt autē quatuor ordines ꝛc.

Hic eſt duplex queſtio. ¶ Prima de iudicio generali. ¶ Secūda de igne qui ꝓcedit faciē iudicis. ¶ Circa pmū que runtur tria. ¶ Primo de ipō iudicio. ¶ Secūdo de iudicantibꝰ cum chriſto. ¶ Tertio de his qui i iudicio iudicabunt.

¶ D primum ſic procedit: vi q̄ generale iudiciū nō ſit futurū q̄ vt dī Nau. j. Nō iudicabit deꝰ bis i idipm. ſz nūc deꝰ iudicat de ſinguł hoīm opibꝰ: cū p' mortē vnicuiq; penas vel pmia p merit' tribuit: ꝛ dū etiā i hac vita q̄ſdā p bonis vł malis opibꝰ pmiat vł punit. g̣ vi q̄ ñ ſit aliud iudiciū futuꝝ. ¶ D. i nllo iudicio executio ſnie ꝓcedit iudiciū. ſz ſnia diuini iudicij q̄ ad hoies ē de adeptōe regni vł excluſiōe a regno: vt pz Matth. xxv. g̣ cum mō aliq̄ adipiſcāt regnū eternū: et q̄dā excludant ab ipō ppetuo: vi q̄ aliud iudiciū nō ſit futuꝝ. ¶ D. ppt hꝰ aliq̄ i iudiciū oz adduci q̄ dubiū eſt q̄d de eis diffiniendū ſit: ſz añ finē mūdi determiata ē vnicuiq; dā natoꝝ ſua dānatio: et cuiq; ſcoꝝ ſua btūdo. g̣ vi q̄ nō oporteat aliq̄d futuꝝ iudiciū cē. ¶ Sz ꝓtra Matth. xij. dī: Uiri niniuite ſurgēt i iudicio cū generatiōe iſta et ꝓdēnabūt eā. g̣ pꝰ reſurrectōz aliq̄d iudiciū erit. ¶ D. Joh. v. dī: Procedēt q̄ bona fecerūt i reſurrectōz vite: q̄ vō mala egerūt i reſurrectionē iudicij. g̣ vi q̄ pꝰ reſurrectōz aliq̄d iudicium ſit futuꝝ. ¶ Ceteꝝ vi q̄ iudiciū illud q̄tū ad diſceptationē et ſniam fiat p locutionē vocalē: q̄ vt dicit Aug. ix. de ci. dei: Per q̄t dies hoc futuꝝ tu dicium tēdat hꝰ icertū ē. ſz nō eēt incertū ſi illa q̄ i iudicio dicūt futura tm̄ mēta r ꝓplerēt. g̣ iudiciū illud vocalr fiet et nō ſolū mētalr. ¶ D. Greg. dicit et hī i lra: Illi ſaltē vba iudicū audiēt: q̄ ē vbo fidē tenuerūt. hꝰ āt ñ pōt itelligi de vbo intiori: q̄ ſic oēs vba iudicū audiēt: q̄ oibꝰ et bonis et malis nota erunt oia fca alioꝝ ſicē ſupra di. xliij. dcm̄ ē. g̣ vi q̄ iudicium illō vocalr pagēt. ¶ D. ſicī ſeq̄nti di. dicēt: xpūs ſm formā hois iudicabit i q̄ corpalr ab oibꝰ poſſit videri. g̣ vi eadē rōne ꝙ corpali voce loq̄t vt ab oibus audiat. ¶ Sz ꝫ: Aug. dicī. xx. de ciui. dei: q̄ liber vite de q̄ Apoc. xx. vis q̄dā itelligēda ē diuina: q̄ fiet vt vnicuiq; opa ſua vł bōa vł mala i memoriā reuocāt: et mēl ituitu mira celeritate cernēt vt accuſet vł excuſet ſcia ꝓſciaz atq; ita ſil' et oēs ꝛ ſinguli iudicēt. ſz ſi vocalr diſcurrerēt merita ſinguloꝝ nō poſſēt oēs ꝛ ſinguli iudicari ſil'. g̣ vi q̄ illa diſcuſſio ñ erit vocal'. ¶ D. ſnia ꝓportiōalr oz teſtio rndē. ſz teſtionū ꝛ accuſatō vł excuſatō mētal' erit. vñ Roma. ij. Teſtioniū ill' reddēte ꝓſcia ipoꝝ ꝛ it' ſe iuicē cogitatōnū accuſatiū aut ēt defēdētiū i die cū iudicabit deꝰ occlta hoīz. g̣ vi q̄ illa ſnia ꝛ totū iudiciū mētalr expleat. ¶ Ceteꝝ vi: q̄ tpus futi iudicij nō ſit igtū: ſicī ei ſci pies expectabāt pm aduētū: ita et nos expectā 2m. ſz ſci pies ſciuerūt tpus aduēt' pmi ſicī pz p nūer hebdomadaꝝ q̄ deſcribunt Dan. ix. vñ et rephēdūt iudei q̄ tps aduēt' xpi ñ coguerūt: vt pz Lu. xij. Hypocrite faciē celi ꝛ tre noſtī ꝓbare: hꝰ āt tps quō nō ꝓbatī: g̣ vi q̄ etiā nobis eſſe debeat determinatum tempus ſecūdi aduentus quo deꝰ ad iudiciū veniet. ¶ D. p ſigna deuenimus i cognitō

nē ſignatoꝝ.ſz de iudicio futuro mlta ſigna nobis in ſcptura ponūt:vt pz.xxiiij.Matth.⁊.xxj.Luce et.xij.Marci.g̃ in cognitionē illi⁹ tpis poſſum⁹ peuenire. ¶ D.aplus dixit.j.Cor.x.Nos ſum⁹ in q̃s fines ſc̃lorꝝ deuenerunt.et.j.Joh.ij.Filioli nouiſſima hora ē ⁊c̃.cū g̃ iã longum tp̃s trãſierit ex q̃ hec dcã ſũt:vī q̃ ſaltē nunc ſcire poſſum⁹ q̃ vltimū iudiciū ſit ꝓpinquū. ¶ D.tps iudicij nō oz eē occultū niſi ꝓpter hoc q̃ q̃libet ſolicitꝰ ſe ad iudiciū ꝓparet dū determiate tp̃us ignorat.ſz eadē ſolicitudo remanet etiã ſi certū eēt:qz cuicūq; icertū ē tp̃s ſue mortis:et ſic dicit Aug⁹ in epla ad Eſitiū:in q̃ quē q; inuenerit ſu⁹ nouiſſim⁹ dies in hoc eū ꝓprehēdit mũdi nouiſſim⁹ dies.g̃ nō ē neceſſariū tp̃us iudicij eē occultū. ¶ Sz cõ ē qđ dr Marc.xiij. De die illa vel hora nemo ſcit:neq; angeli in celo neq; filꝰ niſi pat.dr aũt filꝰ neſcire inq̃tū nos ſcire ñ fac. ¶ D. j.Theſ.v. Dies dñi ſic fur in nocte ita veniet, g̃ vī cū aduentꝰ furis in nocte ſit oino incertꝰ:q; dies vltimi iudicij ſit oino incertꝰ. ¶ Rñdeo dd ad.j.qõez q; ſicut opatio ptinet ad rez ꝓncipiuz q̃ producit in eē:ita iudiciũ ptinet ad meritũ q̃ res ad ſuũ finem producuñt. diſtinguitur autem duplex dei operatio vna q̃ res ꝓmit⁹ i eē producit inſtituẽs nãm:diſtiguẽs ea q̃ ad ꝓpletionē ip⁹ ptinēt a q̃ qđē ope de⁹ dr qui euiſſe. Gen.j. Alia et⁹ opatõ ē q̃ opat i gubernatõe creaturaꝝ:de q̃ Joh.v. Pat meus vsq; mõ opat et ego opor:ita etiã duplex iudiciũ diſtiguit:ordie tñ ꝓuerſo:vnũ qõ rñdet opi gubernatõis q̃ ſine iudicio eē nõ pōt:p qđ qđē iudiciũ vnuſq̃q; ſingl'arit̃ ꝑ ſuis opib⁹ iudicat:ñ ſolũ ꝑm q; ſibi ꝓpetit: ſz ꝑm q; ꝓpetit gubernatõi vniuerſi:vñ deferẽt vni⁹ ꝑmiatio ꝑ vtilitate alioꝝ:vt dr Heb.xj. Et pene vni⁹ ad ꝑfectũ alit̃ cedũt. vñ neĉe ē vt ſit aliq̃ iudiciũ vle correſpõdẽs ex aduerſo ꝑme rez ꝓductioni i eē:vt videlz ſic tũc oia ꝓceſſerũt imediate a deo: ita tũc vltia ꝓpletio mũdo det:vnoq̃q; accipiẽte finaliter qđ ei debet ꝑm ſcip̃m. vñ i illo iudicio appebit manifeſte dina iuſticia q̃tũ ad oia q̃ nũc ex hoc occultãt:qđ intẽdu de vno diſpoit ad vtilitatẽ alioꝝ alr q̃ mãifeſta opa exigẽ videãt:vñ etiã et tũc erit vlis ſepatio bonoꝝ a malꝝ:qz vlteri⁹ nō erit loc⁹ vt mali ꝑ bonos vel boni ꝑ malos ꝓficiãt ꝓpt̃ quē ꝓfectuz interim ꝓmixti iueniũt boni malꝝ q̃duſq̃ ſtat⁹ h⁹ vite p dinã ꝓuidẽtiã gubernat. ¶ Ad.j.g̃ dd:q; q̃ libet hõ et ē ſingular q̃dã ꝑſona ⁊ ē ꝑs toti⁹ hũani generis:vñ et duplex ei iudiciũ debet:vnũ ſingulare qđ de eo fiet p⁹ morte q̃ñ recipiet iurta ea que i corpe geſſit q̃uis nõ totaliť:qz nõ q̃ ad corp⁹ ſed q̃ ad aiam tm̃. Aliud iudiciuz dz eē de eo ꝑm q; ē ꝑs toti⁹ hũani generis:ſic aliq̃s iudicari dr ꝑm hũanaz iuſticiã etiã q̃ñ iudiciũ dat de cõitate de cui⁹ ipe eſt ꝑs.vñ ⁊ tunc q̃ñ fiet vle iudiciũ toti⁹ hũani generis p vlem ſepatõez bonoꝝ a malꝝ:et q̃libz p ꝓñs iudicabit:nec tñ de⁹ bis iudicat i idip̃m: qz nõ duas penas ꝑ vno pcõ infert,ſz pẽa q̃ añ iudiciũ ꝓplete in flicta nõ fuerat i vltio iudicõ ꝓplebit:p⁹ qđ ipũ curciabũt q̃ ad corp⁹ et aiam ſil. ¶ Ad.ij.dd:q; ꝑpa ſnia illi⁹ generalꝭ iudicij ē vlis ſepatõ bonoꝝ a malꝝ q̃ illud iudiciũ non ꝓcedet:ſz ncc ēt q̃ ad ꝑticularẽ ſniaz vniuſcuiuſq; plene ꝓceſſit iudicij effectus:qz ēt bõi ampli⁹ p⁹ iudiciũ ꝑmiabũt: tũ ex gl'ia corpis adiũcta:tũ ex nũero ſcoꝝ ꝓpleto:et mali ēt ãpliuſ torq̃bũt adiũcta pẽa corpis et ipleto in pẽis nũero dãnatoꝝ:qz ãpto cũ plib⁹ ardebunt tanto pl⁹ ardebũt. ¶ Ad.iij.dd:q; vle iudiciũ vt dcm̃ ē magis directe reſpicit vtilitatẽ hoim q̃ ſingl'os iudicãdoꝝ q̃uis g̃ cuilibz hõi añ iudicium ſit certa noticia de ſua dãnatõe vel ꝑmio:nõ tñ oib⁹ oim dãnatio vel ꝑmiũ inoteſcet vñ iudiciũ neceſſariũ erit. ¶ D.ij. qõem dd:q; qđ ſit verꝝ circa hãc qõem diffiniri ꝑ certo nõ pōt:tñ pbabili⁹ eſtiat q; totũ illud iudiciũ et q̃ ad diſcuſſionē et q̃ ad accuſatõez maloꝝ et cõmẽdationē bonoꝝ:et q̃ ad ſniaz de vtriſq; mẽtalr pficiet. Si.n. vocaliť ſingl'oꝝ fcã narrarẽt:ineſtimabil magnitudo tp̃is ad hoc exigẽt: ſic ēt Aug⁹. dic xx.de ci.dei:q; ſi liber ex cui⁹ ſcptura oẽs iudicabũtur:vt dr Apoc.ix.carnalr cogitet:qs ei⁹ magnitudinẽ:aut longitudinẽ valeat eſtimare:aut q̃to tpe legi poſit liber i q̃ ſcpte ſũt vniuerſe vite vniuerſorũ:nõ ãt min⁹ tp̃s requirit ad narrãdũ ozeten⁹ ſingulorꝝ fcã q̃ ad legẽdũ ſi eẽnt i libro mãli ſcpta:vñ p⁹ babile ē q; ılla q̃ dicũt Matth.xxv.non vocaliť ſz mẽtalr itelligẽda ſũt eẽ pficiẽda. ¶ Ad.j.g̃ dd: q; p tãto dic Aug⁹:q; incertũ ē p q̃t dies hoc iudiciũ tẽdat:qz nõ ē determiatũ vtq; pficiat vocaliť:ſi enim vocaliť pficẽt,plixũ tp̃s ad hoc requirẽt:ſi ãt mẽtalr i momẽto fieri poſit. ¶ Ad.ij.dd:q; ēt ſi iudiciuz fiat mẽtalr:tñ vbũ Greg.ſaluari pōt:qz etſi oib⁹ inoteſcẽt ſua et alioꝝ fcã dina vtute h⁹ faciẽte:que i euãgelio locutio dr:tñ illi q̃ fidem habuerũt quã ex vbis dei ꝓceperunt:ex ipis vbis iudicabũt:qz vt dr Ro.v. Qui i lege peccauerũt p legẽ iudicabũt. vñ q̃dã ſpẽali mõ dicet aliq̃d his q̃ fuerũt fideles: qđ nõ dicet his q̃ fuerũt ifideles. ¶ Ad.iij.dd:q; xp̃us corpalr appebit vt ab oib⁹ iudex corpalr cogſcatur qđ q̃dē ſbito fieri poſit:ſed locutio q̃ tpe mẽſurat requirẽt imẽſã tp̃is plixitatẽ ſi vocali locutõe iudicium pagẽt. ¶ D.iij.qõez dd:q; de⁹ p ſciaz ſuã ē cã rez:vtrũq; ãt creatur cõicat dũ et reb⁹ tribuit vtutẽ agẽdi alias res q̃z ſint cã:⁊ qb⁹dã ēt rez ꝓgnitõnẽ ꝓbz:ſz i vtroq; aliq̃ ſibi refuat.opat.n.q̃dã i q̃bus nlla creata ei coopat:et ſilr ꝓgſcit q̃dã q̃ a nlla pura creata ꝓgſcũt. h ãt nlla alia mag eẽ debẽt q̃ illa q̃ ſoli dine ſbiacẽt ptãti: i qb⁹ ei nlla creata coopat:et h⁹ mõi ē finis mũdi i q̃ erit dies iudicij. nõ ei p aliquã cãz creatã mũd⁹ finiet:ſic ēt et mũd⁹ eẽ i cepit imediate a deo:vñ dicet: cognitio finis mũdi ſoli deo refuat:⁊ hanc rõem ipſe dñs vī aſſignare Act.j. Nõ ē iq̃t vr̃m noſſe tpa vel momẽta q̃ pr̃ poſuit in ſua ptãte.q.d.q̃ ſoli ptãti eius reſeruata ſũt ¶ Ad.j.ergo dd:q; in ꝑmo aduẽtu xp̃us venit oc

cult⁹:scoz illud Esa.xlv. Uere tu es de⁹ absco⁹ditus scūs israel saluato⁹.et io vt a fidelib⁹ cog̃sci posset: oportuit determiate tp̃as p̃dcmiare:sz in scdo ad uentu veniet manifest⁹: vt dr in psal. De⁹ mānifeste veniet ⁊c.et io circa cognitionē aduent⁹ ipsi⁹ erro⁹ esse non poterit: ꝓpter quod nō est simile. ¶ Ad tertium dicendum:sicut dicit Augustin. in epistola de die iudicij ad Esitiū:signa q̄ in euāgelio ponūt nō oia ptinēt ad secūdū aduētū q̄ erit in fine.sed q̄ dā eo⁹ ptinēt ad temp⁹ destructiōis hierlm q̄ iā p̄terijt:q̄dā vo et pla eo⁹ ptinēt ad aduentū q̄ q̄ttidie ad eccl̄iā suā venit eā spūaliter visitans: ꝓut in habitat nos p fidē et amorē: nec illa q̄ in euāgelijs vel in epl̄is ponūt ad vltimū aduētuz spectātia ad hoc p̄nt valē vt determinate temp⁹ iudicij possit cognosci: q⁹ illa picula q̄ p̄enūciāt nūciantia vicinū christi aduētū:etiā a tpe p̀mitiue eccl̄ie fuerūt q̃ntitas intensi⁹ q̃ntas remissi⁹:vñ ⁊ ipsi dies apl̄o⁹ dicti sūt nouissimi dies:vt pz Act.ij. vbi petr⁹ exponit illud vbū Joel.ij. Erit i nouissimis dieb⁹ ⁊c. ꝓ tpe illo:⁊ tñ ex illo tpe temp⁹ plurimū trāsiuit:⁊ q̃ntas plures et q̃ntas pauciores tribulatiōes in eccl̄ia fuerūt.vñ nō pōt determiari temp⁹ q̃tū sit futuꝝ nec d̄ mēse nec de anno:nec de cētū nec d̄ mille annis:vt Aug⁹.in eodē li.dicit. Et si credat in fine h⁹modi picula magis abūdare:nō tñ pōt determiari que sit illa q̃titas piculoꝝ q̄ imediate die iudicij p̄cedet vel añ xp̄i aduētū:cū et circa tpa p̀mitiue eccl̄ie fuerūt psecutiōes alique adeo graues: et corruptōes erro⁹ adeo abūdarēt:q⁹ aliq⁹ tunc vicin⁹ expectaret vel iminēs antixp̄i aduēt⁹:sic dr in ecclesiastica historia:et i li. Hiero. de viris illustrib⁹. ¶ Ad.ij. dr:q⁹ ex hoc q⁹ dr:nouissima hora est:vl ex similibus locutōib⁹ q̄ in scp̄tura dicūt nō pōt aliq̄ determinata q̃titas tp̄is sciri:nō eni ē dictū ad significādū aliquā breuē horā tp̄is:sz ad significādū nouissimū statū mūdi q̄ ē q̃si nouissima etas:que quāto tp̄is spacio duret nō ē diffinitū:cum etiā nec senio q̄d ē vltima etas hois sit aliq⁹ termin⁹ certꝰ p̄finitus:cū q̃ntas inueniat durare q̃tū oēs p̄cedētes etates vel pl⁹:vt dicit Aug⁹.i li.lxxxiij.q.vñ etiam et apl̄us.ij.Thes.ij.excludit falsū intellectū quē qui dā ex illꝰ vbis ꝓceperāt vt crederēt die dñi iā instare. ¶ Ad.iij. dr:q⁹ etiā suppositā mortl incertitudine dupl⁹ ad vigilātiam valet icertitudo iudicij. Prio ad hoc q⁹ ignorat vtꝝ etiā differat tātū q̃tū ē hois vita:vt sic ex duab⁹ ptib⁹ incertitudo maiorē diligētiā faciat. Scdo q̃tū ad hoc q⁹ hō non gerit solū solicitudinē de psona sua:sz de familia vel ciuitate vel regno aut tota ecclia: cui nō determinat tp̄s durationis scdz hois vitā: et tñ oz vnūqdq⁹ horū hoc mō disponi vt dies dñi ñ iueniat impatos.

¶ Ad secundū sic pro

cedit:vī q⁹ nlli hoies iudicabūt cum xp̄o q⁹ Joh.v. Pr̄ oīe iudiciū dedit filio vt oēs ⁊c.sz honorificētia talis nō debet alicui q̃ xp̄o g̃ ⁊c. ¶ P̃. quicūq⁹ iudicat hz ptātē sup illud qd iudicat.sz ea de qb⁹ dr eē futuꝝ iudiciū sic merita et p̄mia hūana soli dīne auctī subsūt. g̃ nulli cōpetit de his iudicare. ¶ P̃. iudiciū illud nō exercebitur vocaliter:sz mētaliter vt pbabil⁹ estimat.sz hoc q⁹ cordib⁹ hoim notificēt merita et demerita qd ē q̃si accusatio vel ꝓmēdatio:vel retributio pene et p̄mij:qd ē q̃si sñie platio sola dīna virtute fiet. g̃ nulli alij iudicabūt nisi xp̄s q̄ ē de⁹. ¶ Sz ꝫ est quod dr Matth.xix. Sedebitis sup sedes iudicātes.xij. tribus israel. ¶ P̃. esa.iij. Dñs ad iudiciū veniet cuz senioribus pp̄li sui.g̃ vī q⁹ etiā alij iudicabūt cū xp̄o ¶ Lteri⁹ vī q⁹ iudiciaria ptās nō rñdeat volūtarie pauptati:hoc eni solū.xij. apl̄is ꝓmissū ē. Matth. xix. Sedebitis sup sedes xij. iudicātes ⁊c.g̃ cū non oēs volūtarie paupes sint apl̄i:vī q⁹ nō oib⁹ iudiciaria ptās rñdeat. ¶ P̃. mal⁹ ē offerre sacrificiū deo de ꝓprio corpe q̃ de exterioribus reb⁹.sz martyres et etiā vgines offerūt de ꝓprio corpe sacrificium deo volūtarie ät paupes de exterioꝝ reb⁹.g̃ sublimitas iudiciarie potestatis magis rñdet martyrib⁹ et vginib⁹ q̃ voluntarie paupib⁹. ¶ P̃. Joh.v. Est q̄ accusat vos moyses in q̄ vos spatis.glo. q⁹ voci ei⁹ non creditis.et Joh.xij. Sermo quē locut⁹ sum ille iudicabit eū i nouissimo die.g̃ ex hoc q⁹ aliq⁹ ꝓponit legē vel verbū exhortatōis ad instructōz mox habet q⁹ iudicet p̄tenentes.sz hoc est doctoꝝ. g̃ doctorib⁹ magis ꝓpetit q̃ paupib⁹. ¶ P̃. xp̄s ex hoc q⁹ iniuste iudicat⁹ ē inq̃tum homo meruit vt sit iudex omniū i natura humana.vñ Joh.v. Potestatem dedit ei iudiciū facere quia fil⁹ hois ē.sz q̄ pse cutionē patiunt ꝓpter iusticiā iniuste iudicāt. g̃ iudiciaria potestas magis eis q̃ paupibus competit ¶ P̃. superior nō iudicat ab inferiore.sz multi licite diuitijs vtētes maioris meriti erūt mltis volūtarie paupib⁹. g̃ volūtarij paupes nō iudicabūt nisi alij iudicabūt. ¶ Sz ꝫ Job.xxxvj. Nō saluat impios et iudiciū paupib⁹ tribuet. g̃ paupeꝝ est iudicare. ¶ P̃. Matth.xix. sup illud: Uos q̄ reliq̄stis oia ⁊c.dic glo. Qui reliq̄rūt oia et secuti sunt oñm hi iudices erūt.q̄ licita hñtes rē vsi sūt iudicabūt: et sic idē q⁹ p⁹. ¶ Lteri⁹ vī q⁹ angeli debeāt iudicare Matth.xxv. Cū venerit fil⁹ i maiestate sua ⁊ oēs angeli cū eo.sz loq̄t de aduētu ad iudiciū.g̃ vī q⁹ ēt angeli iudicabūt. ¶ P̃. angelo⁹ ordines nomina sortiunt ex officio qd exercent.sz quidā angelorum ordo est ordo thronoꝝ quod vī ptinere ad iudiciariam potestatem:thron⁹ eni ē sedes iudicis:solium regis:cathedra doctoris.g̃ aliq⁹ angeli iudicabunt. ¶ P̃. sanctis post hāc vitam ꝓmittitur angelorum equalitas:Matth.xxij.si ergo homines hāc habebunt potestatē vt iudicent:multo fortius et angeli ¶ Sed contra. Joh.v. Potestatē dedit ei iudiciū facē q⁹ filius homis est.sz angeli nō cōicant in humana natura.g̃ nec in iudiciaria ptāte. ¶ P̃. non

est eiusdem iudicare ⁊ eē iudicis ministꝛ. sz angeli erunt in iudicio illo vt ministri iudicis. Matth. xiij. Mittet filius hois angelos suos et colligēt de rēg eius oia scādala. g angeli nō iudicabūt. ¶ Lterius vī q post diē iudicij demones nō exequant sniam iudicis in dānatis: qꝛ demones magis peccauerūt q homies. g nō ē iustū q homies p demones torq̄ ant. ¶ P. sicut demões suggerūt homib' mala: ita angeli suggerūt bona. sz pmiare bonos nō erit officiū angelorꝛ: sed hoc erit ab ipso deo imediate. g nec punire malos erit officiū demonū. ¶ Sz ꝓ est q homies pccores se diabolo subiecerūt peccādo. g iustū ē vt ei subñciant in penis q̄si ab eo puniēdi

¶ Rñddeo dō: ad. j. qōem q iudicare multipliciter dr. Uno mō causalit: vt dicat illud iudicare vñ apparet aliqs iudicādus: et pm hoc alij dicūt iudicare ꝓparatiōe: inq̄tum ex ꝓparatione alioꝛ alij iudicādi oñdunt: sicut pz Matth. xꝯ. Uiri niniuite surgēt in iudicio ⁊c. sz sic iudicare in iudicō cōiter bonoꝛ et maloꝛ ē. Alio mō dr iudicare q̄si interptatiue: interp̄tamur enī aliquē facē qui faciēti cō sentit. vñ illi q consentiēt xp̄o iudici eius sniam approbādo iudicare dicūt: ⁊ sic iudicare ē omniū electoꝛ. vñ dr Sap. iij. Judicabūt sci natiões. Tertio mō dr iudicare q̄si p similitudinē: qꝛ sz similitudinem iudicij hz inq̄tū scdet i loco eminēti sic iudex sic assessoꝛes iudicare dicūt: et pm hūc modum dicunt q̄dā q pfecti viri q̄b' iudiciaria prās ꝓmittit Matth. xix. iudicabunt. s. p honorabilē ꝓfessionē qꝛ supioꝛes cetis iudicio apparebunt occurrentes xp̄o obuiā area. sz istud nō videt sufficē ad ꝓmissionē oñi ꝓplēdā q̄ dr: Sedebitis iudicātes. vī enī iudiciū ꝓfessioni supaddē. Et iō ē q̄rē' mod' iudicādi q pfectis viris ꝓueniet: inq̄tum ꝓtinēt i eis decreta dīne iusticie ex q̄b' hoies iudicabūt: sic si liber in q̄ ꝓtinet lex iudicare dicat: vñ Apoc. xx. Judiciuz sedet et libri apti sūt: et p hūc modū hāc iudicatiōez Richar. de scō vic. exponit: vñ dicit q dīne ꝓtēplatiōi assistūt q̄ i libro sapie q̄tidie legūt velut in cordiū volumib' trāscribūt q̄cq̄d iā pspicua vitaꝛ intelligētia ꝓphēdūt. ⁊ infra: Quid vo sūt iudicantiū corda diuinit' in oēm vitatē edocta nisi q̄dā canonū decreta. sz qꝛ iudicare importat actionē in aliū pcedētē: iō ꝑpe loquēdo iudicare dr q sniam loq̄ndo i alterꝛ fert. Sz hoc duplicit ꝓtigit. Uno mō ex ꝑpa auctē: et hoc ē illi' ꝑpe q hz in alios oñium et ptatē: cui' regimi subdūt q iudicāt. vñ ei' est in eos ius ferre: et sic iudicare soli' dei ē. Alio mō iudicare ē sniam alteri' auctē latā i alioꝛ noticiā ducere qō ē sniam latazꝑnūciare: et hoc mō pfecti viri iudicabūt: qꝛ alios ducēt i cognitionē dīne iusticie vt sciāt q̄d eis iuste p meritis debeat: vt ipa reuelatio iusticie iudiciuz dicat. vñ dicit Richar. de scō Uic. Judices corā iudicādis decretoꝛ suoꝛ libros aperire: ē ad' cordiū suoꝛ inspectionē inferioꝛ quoꝛū libz visum admittē sensūq̄ suū i his q̄ ad iudiciuz ptinent reuelare. ¶ Ad. j. g dō: q obiectio illa procedit de iudicio auctis qō soli xp̄o cōueniet. ¶ Et similit dicēdū ad. ij. ¶ Ad. iij. dō: q nō ē inconueniens aliquos scoꝛ alīs q̄dā reuelare vel p modū illuminatiōis sic supioꝛes angeli inferioꝛes illuiant: vel p modū locutōis: sic q̄n inferioꝛes supioꝛib' loquuntur. ¶ D. ij. qōnem dō: q paupertati debet iudiciaria potestas specialit ꝓpter tria. Primo rōne congruitatis: quia volūtaria paupertas est eoꝛ qui omnibus que mundi sunt cōtemptis: soli xp̄o inherent: et iō non est eis aliquid qō eoꝛ iudiciuz a iustitia deflectat: vñ idonei ad iudicāduz reddūt quasi vitatē iusticie p oībus diligētes. Scdo p modū meriti: qꝛ humilitati rñdet exaltatio p merito. inter oia aūt que hominē in hoc mūdo despectuz faciūt precipuuz est pauptas: vñ et paupibus excellētia iudiciarie ptātis ꝓmittit: vt sic q se ꝓpter xp̄m humiliat exaltet. Tertō qꝛ pauptas disponit ad p dictū modū iudicādi: ex hoc enī aliquis scoꝛ iudicare dicetur: vt ex p̄dictis pz q coꝛ habebit edoctū oñi dīna veritate qua alīs potēs erit mānifestare. in ꝓgressu aūt ad pfectionē pmū qō relinquendū occurrit sunt exteriozes diuitie: qꝛ hec sūt vltimo acquisita: qō autē est vltimū in generatiōe est primū in destructiōe: vñ et inter beatitudines q̄b' est ꝓgressus ad pfectionem: prima ponitur pauptas: et sic paupertati respōdet iudiciaria potestas inq̄tuz est prima dispositio ad potestatē predictā: et hinc est q nō quibuscūq pauperibus etiā volūtarie repromittitur potestas p̄dicta. sed illis qui relinquētes omnia sequūtur christū pm perfectiōnem vite.

¶ Ad. j. ergo dicēdū q sicut dicit Aug'. xx. de ci. dei: Nec quoniā sup. xix. scdes sessuros esse ait. xij. sessuros hoies cū illis iudicaturos putare debem' alioquin quoniā in locum iude traditoꝛis apostolū matthiā legimus ordinatum. Paulus qui plus alīs laboꝛauit vbi ad iudicandū sedeat non habebit. vñ duodenario numero significata est vniuersa iudicantiū multitudo ꝓpter duas partes septenarij sz tria ⁊ quatuoꝛ que i se ducte duodenariū faciunt: septēnarius autē est numerus perfectiōis. Et ꝓpter hoc q cōsistat ex duplici senario qui est numerus perfectus. vel quia ad litterā duodecim apostolis loquebatur: i quoꝛū persona hoc oibus eoꝛum sectatoꝛib' promittebat. ¶ Ad. ij. dicendū q virginitas et martyriū non ita disponūt ad retinendū i corde decreta diuine iusticie sicut paupertas. sic ecōtrario exteriozes diuitie ex sua solicitudie suffocāt vbū dei: vt dr Luc. viij. Uel dō: q paupertas: nō solū sufficit ad meritū iudiciarie potestatis sed quia est pma pars pfectiōis cui respōdet iudiciaria potestas. vñ inter ea que sequūtur ad paupertatem ad pfectionem spectantia possunt cōputari et virginitas et martyriū et omnia pfectionis opa non tamen sunt ita principalia sicut paupertas: qꝛ principiū est maxima pars rei. ¶ Ad. iij. dicēdū q

ille qui legem ꝓposuit aut exhortatus est ad bonū iudicabit causaliter loquēdo: qz p cōpationem ad ꝟba ab ipo ꝓposita aliqui iudicabūt: et iō nō rndz ꝓprie ptās iudiciaria ꝑdicatōi vel doctrine. Uel dō scōm q̄sdā: q tria req̄runt ad iudiciariā ptātez Primo abdicatio tēpaliū creaturaꝝ: ne impediat anim' a sapie pceptōe. Scdo req̄rit habit' ꝓtinēs diuinā iusticiā scitā et obseruatā. Tertio q illā iusticiā alios docuerit: et sic doctria erit cōplens meritū iudiciare ptātis. ¶ Ad.iiij.dō: q xps i hoc q ē iniuste iudicat' seipm hūiliauit: oblatus ē cui qz voluit: et meritū humilitatis ē iudiciaria exaltatio qua ei oia subdūt: vt dī Phil.ij. et iō magis debet iudiciaria ptās illis q̄ volūtarie se humiliāt bonatpalia abiciēdo ꝓpter q̄ hoies a mūdanis honorā tur q̄ his q̄ ab alijs humiliāt. ¶ Ad.v.dō: q infer ior nō pōt iudicare supiorē auctoritate ꝓpria: sed tñ auctoritate supiōris pōt: sicut pz in iudicib' declegatis: et iō nō ē incōueniēs si hoc q̄si accidētale p̄miū pauperib' det vt iudicēt alios etiā q̄ sunt excellentioris meriti respectu p̄miī essentialis. ¶ Ad.iij. qōem dō: q assessores iudicis debēt ee iudici ꝓportionales vel ꝓformes: iudiciū aūt filio attribuit: qz scōz humanā naturā oibus apparebit tā bonis q̄ malis q̄uis tota trinitas iudicet p auctoritatem: z iō etiā oz vt assessores iudicis humanā naturā habeant i q̄ possint ab oibus bonis et malis videri: z sic angelis nō ꝓpetit iudicare: q̄uis etiaz angeli aliquo mō pñt dici iudicare. s. p ſnie approbatiōem. ¶ Ad.j. ḡ dō: q sicut ex glo. ibidē pz: ādeli cū xpo veniēt nō vt iudices: sz vt sint testes humanorum actuū sub quoꝝ custodia hoies bñ vel male egerūt ¶ Ad.ij. dō: q nomē throni attribuit angelis rōne illi' iudicij qō de' sp exercet oīa iustissime gubernādo: cui' iudicij angeli sūt quodāmō executores et ꝓmulgatores. sz iudiciū qō de oibus p hominē xp̄m fiet etiā req̄rit hoies assessores. ¶ Ad.iij. dō: q hōibus ꝓmittit angeloꝝ equalitas q̄tuz ad p̄miū cēntiale: nihil tñ ꝓhibet aliqō accidentale p̄miū hōibus exhiberi qō angelis nō debit: vt patz de aureola ỹginū aut martyꝝ. z silr pōt dici de iudiciaria ptāte. ¶ D. iij. qōem dō: q circa hoc tāgit a magistro i lra duplex opinio et vtraq̄ dei iusticie vi ꝓpetere: ex h' eni q̄ hō peccat iuste demoni subiicit: sz demon iuste ei pest. Opio ḡ illa que ponit demones in futuꝝ post diē iudicij hōib' nō posse in penis: respicit ordinē dine iusticie ex parte demonū puniēdiū: ꝓtratia vō opinio respicit ordinem dine iusticie ex pte hominum punitoꝝ. Que aūt haꝝ verior sit certū nobis ee nō pōt. Ueri' āt estimo q̄ sicut seruabit ordo i saluatis q̄ quidaz a quibusdā illuminabūt et pficiēt: eo q̄ celestis hierarchie ordines ꝓpetui erūt: ita saluabit ordo in penis vt homies per demones puniant: nec totalit ordo diuinus quo angelos medios inter naturā diuinam et humanam constituit ānullet: et iō sicut hominibus per angelos diuine illuminatōes deferūt ita etiā demones sunt executores diuine iusticie in malos: nec in hoc aliquid minuet demonuz pena: qz in hoc q̄ etiā alios torquent ipi torquebunt: ibi eni miseroꝝ societas miseriā non minuet sed augebit. ¶ Ad.j. ergo dicēdū q̄ ꝑlatio illa que dī euacuanda p christū in futuro est accipienda scōz modum ꝑlationis que est scōm statum huius mundi in quo et homies hoīibus p̄cipant et angeli hominibus et angeli angelis: et demones demonibus et demones homibus: et hoc totū ad p̄ducendū ad finem vel abducendū a fine: tunc aut cum oia ad finem suū perucnerūt nō erit ꝓlatio abducēs a fine vl adducēs ad finem. sed cōseruās in fine boni vel mali. ¶ Ad.ij. dicenduz q̄ q̄uis meritū demonū nō requirat vt homibus p̄ferant: quia iniuste sibi homies subiecerūt: tamē hoc requirit ordo nature ipoꝝ ad naturā humanaz: bona eni naturalia in eis integra manēt: vt Dio. dicit. iij. ca. ō di. no. ¶ Ad.iij. dicendū q̄ angeli boni non sunt causa p̄incipalis p̄mij electis: quia hoc oīes ime diate a deo percipiēt: sed tamē quoꝝdam accidentalium p̄mioꝝ angeli hoīibus sunt causa inq̄tū per superiores angelos inferiores et angeli z homines illuminant de aliquibus secretis diuinoꝝ que ad substantiā beatitudinis nō pertinēt. et similiter etiā p̄incipalē penam damnati p̄cipient imediate a deo scz exclusionē perpetuam a visiōe diuina: alias autē penas sensibiles nō est inconueniēs hoīib' per demones infligi. In hoc tamen est differentia: quia meritū exaltat: sed peccatū deprimit. vñ cuz natura angelica sit altioz q̄ humana: quidā ꝓpter excellentiā meriti intantū exaltabunt q̄ talis exaltatio excedet altitudinē nature et premij i quibusdam angelis: vnde etiā quidā angeli per quosdam homines illuminabunt: sed nulli homies peccatores ꝓpter aliquē gradū malicie venient ad illā eminentiam que debetur nature demonū.

¶ Ad tertium sic ꝓcedit: vi q̄ non omnes homines in iudicio ꝓparēt: quia dicitur Matth. xix. Sedebitis sup sedes iudicātes. xij. tribus israel. sed non oēs homies pertinēt ad illas. xij. tribus. ḡ vi q̄ nō oēs homies ꝓpareāt. ¶ P. idem vi per hoc qō dī in psal. Non resurgent impij in iudicio. sed multi hominū sunt tales. ḡ in iudicio non comparebūt. ¶ P. ad hoc aliquis ad iudicium adducit vt eius merita discutiant. sed quidam sunt qui nulla merita habuerunt: sicut pueri ante perfectaz etatem decedentes. ergo illos in iudicio comparere non ē necesse. ¶ Sed contra est quod dicitur Actuū. x. q̄ christus est constitutus a deo iudex viuorum et mortuoꝝ. sz sub istis differētijs ꝓhendūt oēs homines q̄litercūq̄ viui a mortuis distinguāt. ḡ oīes hoies i iudicio ꝓparebunt. ¶ P. Apoc. j. dī: Ecce

veniet cum nubibus et videbit eū omnis oculus. hoc autē nō esset si nō oēs homines in iudicio comparerēt. g̃ ꝛc. ¶ Lterius vī q nulli boni in iudicō iudicent: qz Joh. iij. Qui credit in eū nō iudicabitur. sz oēs boni crediderūt in eū. g̃ non iudicabūt. ¶ D. illi nō sūt beati quib' est incerta sua beatitudo: ex quo Aug'. ꝓbat oemōes nūq̃ fuisse beatos sz sancti homines nūc sūt beati. g̃ certi sunt de sua beatitudine. sz quod ē certū nō adducit in iudicium. g̃ boni nō iudicabunt. ¶ D. timor beatitudini repugnat. sz extremū iudiciū qō tremendū maxime dī nō poterit fieri sine timore eoꝝ q̃ sunt iudicādi vñ etiā Greg'. dicit sup illud Job. xl. Cū sublat' fuerit tremebūt angeli. ꝓsideremus quō tūc iniquorum ꝓscientia ꝓcutit qñ etiaz iustoꝝ vita turbatur. g̃ beati nō iudicabunt. ¶ Sz ꝫ vī q oēs boni iudicent. qz dī. ij. Lor. v. Oēs astabimus añ tribunal xpi vt referat vnusquisq̃ ꝓpria corꝑis que gessit sive bona sive mala. sz nō est aliud iudicari. g̃ oēs iudicabunt. ¶ D. vle omnia ꝓprehendit. sz illud iudiciū dī vle. g̃ oēs iudicabūt. ¶ Lterius vī q nulli mali iudicabūtur: sicut enī ē certa infideliū damnatio: ita et eoꝝ q̃ in mortali decedūt. sz ꝓpt damnationis certitudinē dī Joh. iij. Qui non credit iā iudicat' ē. g̃ eadē rōne nec alij peccatores iudicabūtur. ¶ D. vox iudicis est valde terribilis eis q̃ p iudiciū ꝓdemnāt. sz sicut in lra ex vbis Greg'. habet ad infideles allocutio iudicis non fiet. si g̃ fiēt ad fideles damnādos: infideles de sua infidelitate ꝓmodū reportarent: qō est absurdū. ¶ Sz cōtra vī q oēs mali sunt iudicādi: qz omnib' malis infliget pena sm q̃titatem culpe. sz hoc sine diffinitōne iudicij eē nō potest g̃ oēs mali iudicabūtur. ¶ Lterius vī q angeli i futuro iudicētur: qz dī. j. Lor. vj. Nescitis qm̃ angelos iudicabim'. sz hoc nō pōt referri ad statum presentis temporis. ergo hoc referri debz ad futurum iudicium. ¶ D. Job. xl. dī de behemoth p quē diabol' intelligit: Lunctis videntib' p̃cipitabitur. et Marc. j. Exclamauit demon ad xp̃m: venisti ante tp̃us perdere nos. et glo. dicit ibidē q̃ demones i terra dominū cernētes se continue iudicādos credebant. g̃ vī q eis finale iudiciuz reseruat. ¶ D. ij. Pet. ij. dī. De' angelis peccātib' nō pepcit. sz rudentib' inferni detractos i tartaruz tradidit cruciādos in iudiciū reseruari. g̃ vī q angeli iudicabūtur. ¶ Sz ꝓtra: de' nō iudicat bis in idip̃m. sz mali angeli iam iudicati sūt. vñ Joh. xvj Princeps mūdi iam iudicatus ē. g̃ in futuro angeli non iudicabūtur. ¶ D. ꝓfectio ē bōitas vel malicia angeloꝝ q̃ aliquoꝝ hominuz in statu vie. sz quidā homines boni et mali nō iudicabūtur vt in lra dī. g̃ angeli boni vel mali nō iudicabūt. ¶ Respondeo dō ad ꝓmaz qōem q̃ potestas iudiciaria xpo homini collata ē premiuz humilitatis quā in passiōe exhibuit: ipse autē sua passiōe sanguinē ꝓ oībus fudit q̃tum ad sufficientiā: licet nō in oībus effectū habuit ꝓpter impedimentū in aliquib' inuentū: et iō cōgruum ē vt oēs homines i iudicio cōgregentur ad videndū eius exaltationē in humana natura: scōm quā constitutus ē a deo iudex viuoꝝ et mortuoruz. ¶ Ad. j. ergo dō: q̃ sicut dicit Aug'. xx. de ci. dei: Non quia dictū est: Judicātes xij. tribus israel: tribus leui que tredecima est iudicanda nō erit: aut solum illū populū: non etiā gentes ceteras iudicabūt. iō autem per. xij. tribus oēs alie gentes significate sūt: qz per xp̃m i sortem. xij. tribuum oēs gentes sunt vocate. ¶ Ad. ij. dicēdū q̃ hoc qō dī: Nō resurgēt impij in iudicio. si referatur ad oēs peccatores sic intelligendū ē: q̃ non resurgent ad hoc q̃ iudicēt: sī autē impij dicant fideles sic intelligendū est q̃ nō resurgēt ad hoc q̃ iudicētur: quia iā iudicati sunt. sz oēs resurgēt vt i iudicio compareant ad gloriā iudicis intuendam ¶ Ad. iij. dō. q̃ etiā pueri ante perfectam etatē decedentes in iudicio cōparebūt: nō autē vt iudicent sz vt videant gloriam iudicis ¶ D. ij. qōem dō: q̃ ad iudiciū duo pertinēt. s. discussio meritoꝝ: et retributio premioꝝ: q̃tum g̃ ad receptiōem premiorū omnes iudicabūtur etiaz boni: in eo q̃ vnusq̃sq̃ recipiet ex diuina snia premiū merito respōdēs Sz discussio meritoꝝ nō fit nisi vbi est quedā meritoꝝ cōmixtio bonoꝝ cum malis: illi aūt qui edificant sup fundamentū fidei aurū et argentū et lapides preciosos diuinis scriptūris totaliter insistentes quia nullā admixtionē notabilē alicuius mali meriti habēt: in eis discussio meritoꝝ locū nō habet sicut illi qui rebus mundi penitus abiectis solicite cogitant solūmodo que sunt dei: et iō saluabūtur sz non iudicabūtur. illi vero qui edificāt sup fūdamentū fidei lignum et fenū ꝛ stipulam: qui adhuc scz amant secularia et terrenis negocijs implicant ita tñ q̃ nihil xpo preponāt sz studeāt peccata elemosynis expiare: habent quidē cōmixtionē bonorum meritoꝝ cū malis: et iō discussio meritoꝝ in eis locū habz. vñ tales q̃tum ad hoc iudicabūtur et tñ saluabūtur. ¶ Ad. j. g̃ dō: q̃ punitio ē effect' iusticie: ꝓuatio aūt misericordie: magis autem deo ꝛ iudicio quod est actus iusticie antonomatice punitio attribuitur: vt interdū iudicium ꝓ ipa condemnatiōe accipiatur: et sic intelligitur auctoritas inducta vt per glo. ibidē patet. ¶ Ad secundū dicendū q̃ discussio meritoꝝ in electis nō erit ad tollendum incertitudinē beatitudinis a cordib' ipsorum iudicandoꝝ. sz vt ꝑeminentia bonorū meritoꝝ ad mala ostēdatur oībus manifestet: et sic dei iusticia cōprobetur. ¶ Ad tertiū dicendum q̃ Greg'. loquitur de iustis adhuc in carne mortali existentibus: vnde supra psal. premiserat: Hi qui i corporibus reperiri potuerit q̃uis iam fortes atq̃ perfecti: adhuc quia i carne sunt positi nō possūt in tanti terroris turbine nulla formidine concuti vnde patet q̃ terror ille referendus est ad tempus

immediate iudicium precedens: tremenduz quidē maxime malis: nō autem bonis quibus nulla erit mali suspicio. ¶ Rationes autem que sunt in oppositum procedunt de iudicio quantum ad retributionem premiorum. ¶ Ad.iij. questōem dicēdū q̄ iudicium quod est penaꝝ retributio p̄ peccatis oīnibus malis competit: iudiciū autē quod est discussio peccatoꝝ solū fidelibus: qz in infidelib' nō est fidei fundamentū quo sublato oīa opa seq̄ntia pfecta rectitudine intentiōis carēt: vnde nō est in eis aliqua pmixtio bonoꝝ meritoꝝ ad mala q̄ discussionē requirat. sed fideles in quib' manet fidei fundamētuz ad min' fidei actū laudabilem habent q̄uis nō sit meritorius sine charitate: tñ q̄tū est de se est ordinatus ad meritū: et ideo in eis iudiciū discussionis locū habz: vñ ipsi fideles q̄ fuerūt saltē numero ciues ciuitatis dei iudicabūt vt ciues in quos sine discussiōe meritoꝝ sententia mortl nō fert: sed infideles condēnabunt vt hostes qui psueuerunt apud hoīes absq̄ meritoꝝ audiētia exterminari. ¶ Ad.j.ḡ dicendū q̄ q̄uis eis qui in mortali decedūt p̄ certo cōstet de eoꝝ damnatione: qz tñ aliqua que ptinēt ad bene merēdū hñt annexa oportz ad manifestationē diuine iusticie vt discussio de eoꝝ meritis fiat: per quā ostendat eos iuste a ciuitate sanctoꝝ excludi: cuius eē ciues numero exteri' videbant. ¶ Ad.ij. dō: q̄ allocutio illa spiritualiter intellecta scōm hoc nō erit aspera fidelibus p̄dēnandis q̄ i eis aliqua sibi placētia manifestabit que in infidelib' inueniri nō possunt: qz sine fide impossibile ē placē deo: Heb.x. sed snia p̄demnationis que in oēs ferē oīnibus terribilis erit. Ratio vero in ꝓtrarium adducta p̄cedebat de iudicō retributōis. ¶ Ad.iij. qōem dō: q̄ iudiciū discussionis nullo mō habz locū neq̄ i bonis angelis neq̄ in malis: qz neq̄ i bonis pōt aliq̄d mali inueniri: neq̄ i malis aliq̄d boni ad iudiciū pertinēs. Sz si loquamur de iudicio retributiōis: sic ē distinguēda duplex retributō: vna respondēs p̄prijs meritis angeloꝝ: et hec a p̄ncipio fuit vtriusq̄ facta: dū quidam sunt ad beatitudinē sublimati: quidaz vero i miseriaz dimersi. Alia retributio q̄ rīdet meritis bonis vel malis p̄ angelos p̄creatis: et hec retributio in futuro iudicio fiet: quia boni angeli amplī gaudiū habebūt de salute eoꝝ quos ad meritum induxerūt: et mali amplius torquebūt multiplicata malorū ruina qui p̄ eos ad mala sunt incitati. vñ directe loquendo iudiciū nec ex pte iudicantiū nec ex pte iudicandoꝝ erit angeloꝝ sed hominuz: sed directe quodāmō respiciet angelos inq̄tū actibus hominū fuerūt cōmixti. ¶ Ad p̄mū ḡ dicēdū q̄ verbū illud apostoli est intelligēdū de iudicō cōparationis: quia quidā hoīes quibusdam angelis superiores inuenient. ¶ Ad secundū dicenduz q̄ ipi demones cūctis videntib' tunc p̄cipitabūt: quia in perpetuuz in inferni carcerē retrudūt: vt nō sit eis libez extra p̄gredi: quia hoc eis nō concedebatur nisi scōz q̄ ordinabatur ex diuina p̄uidētia ad hominum vitam exercendam. ¶ Et similiter dicendum ad tertium. ¶ Questio.ij.

Deinde queritur d̄

igne qui p̄cedet faciē iudicis. Et circa hoc q̄rūt tria. ¶ P̄mo de purgatiōe. mūdi p̄ ignē futura. ¶ Scōo de effectu ignis purgātis. ¶ Tertio de ordine illius ignis ad alia q̄ circa iudiciū agent.

Ad p̄mū sic proce

dit: vī q̄ nulla mundi purgatio sit futura nō enī purgatōe indiget nisi qō ē imūdū sz creature dei nō sūt imūde. vñ dī Act.x. Qō deꝰ creauit tu ne cōe dixeris i. imūdū. ḡ creature mundi nō purgabunt. ¶ P̄. purgatio fīt dīnā iusticiā ordiat ad auferēdā imūdiciā culpe: sic̄ pz d̄ purgatiōe p' mortē. sz i elemētis h' mūdi nulla pōt esse culpe infectō. ḡ vī q̄ purgatōe nō indigeāt. ¶ P̄. vnū qōq̄ tunc dī purgari q̄n sepat qō ē extraneum ab ipo inducēs i eo igbilitatē: sepatio enī ei' qō nobilitatē inducit nō dī purgatio: sz magis diminutio. sz hoc ad pfectionē et nobilitatē elemētoꝝ ptinet q̄ aliq̄d extranee nature ē eis admixtū: qz forma corporis mixti ē nobilioz q̄ forma simplicī. ḡ vī q̄ elemēta h' mūdi nllo mō purgari possint. ¶ Sed ꝯ oīs inouatio fit p̄ aliquā purgationē. sz elemēta innouabunt. vnde Apoc.xxj. Vidi celū nouū et terram nouā: primū enī celum et prima terra abīt. ḡ elementa purgabunt. ¶ P̄. j. Cor.vij. super illud. Preterit figura huius mūdi. dicit glo: Pulchritudo huius mūdi mūdanoꝝ igniū conflagratiōe peribit: et sic idē quod prius. ¶ Terius videt q̄ hec purgatio nō sit futura per ignē: ignis enī cuz sit pars mūdi purgatione indiget sicut et alie partes. sz nō debet idē ēe purgās et purgatū. ergo videt q̄ ignis nō purgabit. ¶ P̄. sicut ignis habz virtutem purgatiuam ita et aqua: cum ergo nō oīa sint purgabilia per ignē sed quedā necesse sit aqua purgari: sicut etiā vetus lex distinguit: videt q̄ ignis non purget ad minus vniuersaliter. ¶ P̄. purgatio ad hoc videt pertinere vt partes mūdi ab inuicem segregate puriores reddant. sed segregatio partium mūdi ab inuicē i mundi initio sola diuine virtute facta est: quia ex hoc opus distinctōis determinat. vnde et Anaxag. segregationē posuit actuz intellectus mouētis oīa. ergo videt q̄ in fine mūdi purgatio fiat imediate a deo z nō per ignem. ¶ Sed cōtra est qō in psal. dicit: Ignis in cōspectu eius exardebit: et i circuitu tempestas valida. et postea sequit: De iudicio aduocauit celū desursum et terrā discernere populum suū. ergo videt q̄ vltima purgatio mundi sit futura per ignem. ¶ P̄. ij. Petri vltimo dicitur: Celi ardentes soluentur et elemēta

ignis ardore tabescent. ergo purgatio illa per ignē fiet. ¶ Vlterius videtur q̄ ignis ille nō sit eiusdem speciei cum igne elementari: nihil enī seipsum consumit. sed ille ignis quatuor elementa absumet: vt dicit glo. ij. Dei. vlti. ḡ ignis ille nō erit eiusdē speciei cū igne elemētari. ¶ P. sicut vtus māifestat p operatōz: ita natura p virtutē. sed ignis ille habebit aliā virtutē ab igne qui ē elementum: qz scz purgabit vniuersū qđ ignis iste facere nō pōt. ḡ non erit eiusdē speciei cū isto. ¶ P. ea que sūt eiusdē speciei ī corpibus naturalib' habēt eūdē motuz. sz ignis ille habebit aliū motū q̄ ignis elemētuz: qz circūq; qz mouebit vt totū purgare possit. ḡ ignis ille non erit eiusdē speciei cū isto. ¶ Sz ꝯ ē quod Aug'. dicit. xx. ō ciui. dei. et habet ī glo. j. Cor. vij. q̄ figura hui' mūdi mūdanoz ignīū ꝓflagratōe pibit. ergo ignis ille erit de natura ignis q̄ nūc ē in hoc mūdo ¶ P. sicut futura purgatio erit p ignē ita p̄cedēs fuit p aquā: z vtraq; ad inuicē cōparat. ij. Dei. iij. sz in p̄ma purgatiōe aq̄ fuit eiusdē speciei cū aqua elemētari. ḡ et silr erit ī secūda purgatōe ignis eiusdem speciei cū igne elemētari. ¶ Rīdeo dō: ad p̄mā qōem q̄ qz mūdus aliquo mō ꝓpter hoiem factus est: oportz q̄ qñ hō ſm corp' glorificabit: etiaz alia corpa mūdi ad statū meliorē mutēt vt sit et locus ꝓueniētioz: et aspect' delectabilioz. Ad hoc autē q̄ gloriā corpis hō ꝓsequat: oportz p̄us remoueri ea que glie opponūt: q̄ sunt duo. s. corruptō et infectio culpe: qz vt dī. j. Cor. xv. Corruptio incorruptelam ñ possidebit et a ciuitate glie oēs imūdi foris erūt Apoc. vlti. et silr etiā oportz elemēta mūdi purgari a p̄dictis dispōnibus añq̄ in nouitatē glie adducātur ꝓportōnaliē ei qđ de hoie dcm est. Quāuis āt res corpalis subiectū infectiōis culpe ꝓprie esse nō possit: tñ ex culpa q̄dā incōgruitas ī reb' corpalib' corruptis reliquit ad hoc vt spūalib' ditent: et ide videm' q̄ loca in q̄b' sūt aliq̄ crimia ꝓmissa nō reputāt idonea ad aliq̄ sacra ī eis exercēda: nisi purgatiōe q̄dā p̄missa: z scōm hoc ex pcēs hoim quādā inidoneitatē ad glie susceptionē ps mundi recipit q̄ in vsū nr̄m cedit: vñ q̄tū ad hoc mūdatōe indiget. silr etiā circa mediū locū ꝓpter elemētoz contactū multe sunt corruptiōes et generatiōes et alteratiōes elementoz q̄ puritati eoz derogāt: et ideo ab his oportz elementa purgari ad hoc q̄ decenter suscipiāt nouitatē glorie. ¶ Ad. j. ḡ dicēdū q̄ cū dī: Omnis creatura dei ē mūda. hoc intelligēdum ē: quia non habz in substātia sua alicui' malicie p̄mixtionē: sicut ponebāt manichei dicētes bonum et malū eē duas substātias alicubi diuisas. z alicubi cōmixtas: nō āt remouet quin aliq̄ creatura habeat cōmixtiōez nature extranee: q̄ etiā natura ī se bona ē. sed pfectiōi huiusmōi creature repugnat. silr nō remouet ex hoc q̄n malū alicui creature accidat: q̄uis nō sit p̄mixtū ei quasi ps ipsi' substātie. ¶ Ad. ij. dō: q̄ q̄uis' corpalia elementa subiectū culpe eē non possint: tñ ex culpa in eis cōmissa aliquā ineptitudinē p̄nt ꝓsequi ad pfectōnē glorie suscipiendā. ¶ Ad. iij. dō: q̄ forma mixti et forma elemēti p̄nt dupliciter ꝓsiderari: aut q̄tuz ad pfectionē speciei: et sic corpus mixtuz nobilius est: aut q̄tum ad ppetuitatē duratōis: et sic corp' simplex nobilius ē: quia nō habz in seipo vñ corrūpatur: nisi eius corruptio fiat ab aliq̄ exteriori: corp' autē mixtū in seipo habet cām sue corruptiōis: scz operationē cōtrariorz: et ideo corp' simplex etsi sit corruptibile scōm partē: est tñ incorruptibile scōm totū: quod de mixto dici nō pōt. Et qz incorruptō est de pfectiōe glorie: pfectio corporis simplicis magis cōuenit pfectioni glorie: q̄ pfectio corporis mixti: nisi etiā corpus mixtū in se habeat aliqđ incorruptionis p̄ncipiū: sicut corp' humanū cui' forma ē incorruptibilis: nihilomin' tñ q̄uis aliquo modo corp' mixtū sit nobilius q̄ simplex: nobilius tñ eē habz corp' simplex scōm se existēs q̄ exīs ī mixto: qz in mixto sunt corpa simplicia quodāmō impotentia: in seipis aūt existētia sūt ī vltima sui pfectō ne. ¶ Ad. ij. qōem dō: q̄ illa mūdi purgatō vt dcm ē: remouebit a mūdo imperfectionē ex culpa relictā et impuritatē cōmixtiōis: et erit dispositio ad glie pfectionē. Et iō q̄tum ad hec tria cōueniētissime fiet p ignem. Primo qz ignis cū sit nobilissim' elementoz habz naturales ppetates similiores pprietatibus glorie: vt maxime pz de luce. Secundo qz ignis nō ita recipit cōmixtionē extranei ppi efficaciam virtutis actiue: sicut alia elementa. Tertio qz spera ignis est remota a nostra habitatiōe: nec ita cōmunis est nobis vsus ignis sicut terre z aque et aeris: vnde nō ita inficit: et p̄ter hoc habz maximam efficaciā ad purgandū: et ad diuidendū subtiliando. ¶ Ad. j. ḡ dicendū q̄ ignis nō venit ī vsū nostrū ꝓut est in materia ꝓpria: sic enī remotus est a nobis. sed solū ꝓut est in materia aliena: et q̄ ad hoc poterit p ignē in sua puritate existentē purgari ipe mūdus q̄tum ad hoc qđ habz de extraneo adiunctū. ¶ Ad. ij. dicendū q̄ p̄ma purgatio mūdi que facta est per diluuiū nō respiciebat nisi infectionē peccati: p̄cipue aūt tunc regnabat peccatū cōcupiscentie: et ideo cōuenienter p cōtrariuz purgatio fuit facta. s. per aquā. sed secūda purgatio respicit et infectionē culpe et cōmixtiōis impuritatē et q̄tum ad vtrūq; cōuenit magis q̄ fiat per ignē q̄ per aquā: aqua enī nō habz vim disgregādi sed magis aggregandi: vñ per aquā natural' impuritas elemētoz tolli nō posset sicut per ignē. Similiter etiam circa finem regnabit vitium tepiditatis: q̄ si mūdo iam senescente: quia vt dicitur Matth. xxiij. Tunc refrigescet charitas multoruz. vñ tūc ꝓueniēter purgatio per ignem fiet: nec est aliquid quod per ignem purgari non possit' quodammodo. sed quedam sunt que sine sui corruptione per ignē nō possunt purgari: sicut pāni et vasa lignea

et huiusmodi: et talia lex ꝓcepit purgari ꝑ aquã que tamen oĩa finaliter per ignem cor̃umpentur ¶ Ad. ij. dō: q̃ per opus distinctōnis sunt rebus diuerse forme collate quib⁹ ad inuicem distinguũt et ideo fieri nō potuit nisi per eum qui est auctor nature. sed ꝑ finalẽ purgatōnẽ deducent̃ res ad puritatẽ i q̃ res cōdite fuerunt: et ꝛō in hoc poterit natura creata exhiberi mysteriũ creatoris: et ꝓpt̃ hoc misteriũ creature ꝓmittit: qr hoc ad eius nobilitatem cedit. ¶ Ad. ij. qōem dō: q̃ circa hoc inueniũt tres opiones. Quidã enī dicũt q̃ ignis elemẽtus: q̃ ẽ in spera sua descẽdet ad purgationẽ mũdi. Modum aũt descẽsiōis ponũt ꝑ multiplicatōnẽ: ignis enī vndiq̃ appositio cōbustibili augmentat: et hoc ꝓcipue tũc fiet qñ ignis vtus exaltabit sup oĩa alia elemẽta. Sz̃ hoc eẽ vī q̃ ignis ille non tm̃ descendet: sed etiã a sanctis ascendẽ phibẽt: vt pz̃. ij. Pet. iij. vbi vī q̃ tantũ ascendet iudicũ ignis q̃tũ aq̃ diluuij. ex q̃ vī q̃ ignis ille sit circa locũ mediuz generatiōis. Et ꝓpter hoc alij dicũt q̃ ignis ille generabit circa locũ terre ex ꝓgregatiōe radiorũ celestiuz corporũ: sicut videm⁹ q̃ ꝓgregant i speculo ꝓburentes: tũc autẽ loco speculorũ erũt nubes ꝓcaue ad qs fiet radiorũ reuerberatio. Sz̃ istud etiã nō vī cōueniens: qr cũ effectus celestiũ corporũ sequant determinatos situs et aspect⁹ eorũ si ex vtute corporũ celestiũ ignis ille generaret esset notũ tp̃us illius purgationis ꝓsiderãtib⁹ motus astrorũ qđ auctoritati scripture repugnat. Et iō alij dicũt sequntes Aug⁹. q̃ sicut mũdanarũ aquarũ inundatōne factũ est diluuiũ: ita mũdanorũ ignium ꝓflagratōe figura hui⁹ mũdi peribit: vt dī. xx. de ci. dei: Ista ãt ꝓflagratō nihil aliud ẽ q̃ ꝓgregatio oĩum causarũ superiorũ et inferiorũ: q̃ ex natura sua habẽt vtutẽ ignitẽdi: que quidẽ cognitō nō naturali cursu rerũ sz̃ vtute dīna fiet: et ex oĩbus istis causis sic cōgregatis generabit ignis qui faciẽ h⁹ mũdi exuret. Si aũt he opiones directe cōsiderẽt inueniunt diuersificari q̃tum ad causã generatiōnis illius ignis: r nō q̃tum ad speciem eius: ignis enī generatus a sole vel ab inferiori calefactiue est eiusdẽ speciei cũ igne qui est in sua spera: nisi inq̃tum admisceat ei de materia aliena: quod quidem tũc oportebit: qr ignis nō pōt aliq̃d purgare nisi scōm hoc q̃ alterẽ efficit materia eius aliquo mō. vñ simplicit̃ ꝓcedẽdũ ẽ q̃ ignis ille erit eiusdẽ speciei cuz isto. ¶ Ad. j. g̃ dō: q̃ ignis ille q̃uis sit eiusdẽ speciei cũ igne q̃ apud nos est: non tm̃ est idẽ numero: videm⁹ autẽ q̃ duorũ igniũ eiusdẽ speciei vnus alterũ destruit: maior scz̃ minorem cōsumẽdo materiã eius: et similit̃ etiã ille ignis ignẽ qui apud nos ẽ cōsumere poterit. ¶ Ad. ij. dō: q̃ sicut opatio que procedit a virtute rei est virtutis iudicium: ita et virtus est iudicium essentie vel nature que procedit a principijs eẽntialibus rei: opatio autem que non ꝓcedit ex virtute rei operantis nō indicat virtutem ipius: sicut patz̃ in instrumentis: actio enī instrumẽti magis mãifestat virtutem agentis q̃ virtutẽ instrumẽti: qr virtutẽ agẽtis manifestat vt primũ opationis principiũ: virtutẽ aũt instrumẽti nō mãifestat nisi quatenꝰ ẽ susceptiuus influentie principalis agentis scōm q̃ mouet ab eo. Similiter etiã virtus que non ꝓcedit ex principijs essentialibus rei non manifestat naturaz eius: nisi q̃tum ad susceptibilitatem: sicut virtus qua aqua calefacta potest calefacere: non manifestat naturã eius nisi quantum ad calefactibilitatem: et ideo nihil prohibz quin aqua habens hanc virtutem sit eiusdẽ speciei cum aqua nō habẽte virtutẽ istam. Similit̃ etiã nō est incōueniens q̃ ignis ille qui habebit vim purgãdi faciẽ mundi sit alterius speciei ab igne qui apud nos ẽ: cũ vis calefactiua nō oriat in ipo ex ꝓncipijs eẽntialibus sz̃ ex diuina opatiõe siue dicat q̃ illa virtus sit aliq̃ qualitas absoluta: sicut calor in aqua calefacta siue sit intẽsio quedã sicut de instrumẽtali vtute in. j. dis. dictũ est: r hoc ꝓbabilius ẽ: qr ignis ille nō aget nisi vt instrumentũ diuine vtutis. ¶ Ad. iij. dō: q̃ ignis ex ꝓpria natura nō ferꝛ nisi sursum: sed inq̃tuz sequit̃ naturã quã requirit extra ꝓpriã speram existẽs: sic sequit̃ materie ꝓbustibilis situ: r p modũ istũ nō est incōueniens q̃ vel i circuitu vel in deorsum moueat: r p̃cipue scōm q̃ agit vt instrumentũ vtutis diuine.

Ad secundum sic procedit: vī q̃ ille ignis purgabit etiaz celos supiores: qr in p̃s. dī: Opa manuũ tuarũ sũt celi: ipi peribũt: tu aũt pmanebis. sz̃ etiã supiores celi sunt opa manuũ dei. g̃ etiã ipi in illa finali ꝓflagratiõe pibunt. ¶ p̃. q̃. Pet. iij. dī: Celi ardẽtes soluent et elemẽta ignis ardore tabescẽt. celi aũt qui ab elemẽtis distinguũt sũt celi supiores in qb⁹ fixa sũt sidera. g̃ vī q̃ etiã illi p ignẽ illũ purgabũt ¶ p̃. Ignis ille ẽ ad hoc vt remoueat a corporibus indispositionẽ ad pfectionẽ glorie. sz̃ in celo supiori inuenit indispositio et ex pte culpe: qr diabolus ibi peccauit: r ex pte naturalis defect⁹: qr Bo. viij. sup illud: Scimus q̃ oĩs creatura ĝemiscit et patit vsq̃ adhuc. dicit glo: Oĩa elemẽta cũ labore sua explent officia: sicut sol et luna non sine labore statuta sibi implent spacia. g̃ etiã celi purgabuntur p ignẽ illũ. ¶ Sed ꝓtra est q̃ corpa celestia pegrine impssionis receptiua nō sunt. ¶ p̃. super illud. j. Thes. j. In flãma ignis dantis vindictã: dicit glo. Ignis erit in mũdo q̃ ꝓcedet eũ tantũ spaciũ aeris occupans q̃tũ occupauit aqua in diluuio. sz̃ aqua diluuij nō ascẽdet vsq̃ ad superiores celos: sed soluz xv. cubitis sup altitudinẽ montiuz: vt habet Gen. vij. g̃ celi supiores illo igne nō purgabũt. ¶ Ulteri⁹ vī q̃ ignis ille alia elemẽta ꝓsumet: qr vt dicit glo. Bede. ij. pet. vlti. Elemẽta q̃tuor quib⁹ mũd⁹ cōsistit ille maximus ignis absumet: nec cũcta interim ꝓsument vt non sint: sed duo ex toto ꝓsumet: duo

vero in meliorē restituet faciē. ergo videt q̄ ad mi-
nus duo elemēta p ignem illū destruēda sint tota
liter. ¶ D. Apoc. xxj. dr: Primū celū ⁊ prima ter-
abūt et iam mare nō ē. sed p celuz aer intelligit: vt
Aug⁹. dicit. mare autē est aquarū cōgregatio: vī g̃
q̄ illa tria elemēta totaliter destruēt. ¶ D. ignis ñ
purgat nisi scōm hoc q̄ alia efficiant materia eius
iolem influentiam a diuina bonitate suscipiãt: nõ tñ speciẽ variantẽ: sed addentẽ cuiusdaz glorie pfectionẽ: et hec erit mũdi innouatio: vñ sit mũdus i nouabit et homo glorificabit. ¶ Ad. j. g̃ dõ: q̃ salomon ibi loquit õ cursu naturaliũ: qõ pz ex hoc quod subdit: Nihil sub sole nouũ. cũ eni sol circulariter moueat oportz ea que solis virtuti subsunt circulationẽ aliquã habere: que pristit in hoc q̃ illa que pora fuerũt itez redeunt specie eadẽ: numero diuersa: vt dr in fine libri de generatiõe: ea vo q̃ ad statũ glorie ptinẽt soli nõ subsũt. ¶ Ad. ij. dõ: q̃ rõ illa pcedit de alteratione naturali q̃ hz agens nõ naturale qõ ex necessitate nature agit: nõ enim põt tale agens variã dispositionẽ inducere: nisi ipz alio et alio mõ se habeat. sz ea que diuinitus fiunt pcedũt ex libertate volũtatis: vñ sine aliqua imutatione dei volẽtis põt nũc hec nũc illa dispositio ab ipso in vniuerso existẽ: et sic ista innouatio ñ reducit in aliqõ principiũ motus: sed i pncipiũ imobile scz deũ. ¶ Ad. iij. dõ: q̃ p tanto dr deus die septimo a nouis creaturis cõdendis cessasse: qz nihil postea factũ ẽ quod pus nõ precesserit in aliqua similitudine scõm gen' vl' speciem: vl' ad minus sicut in pncipio semiali: vel etiã sicut in potẽtia obediẽtiali. Dico g̃ q̃ nouitas mũdi futura põcessit quidẽ in opibus. vj. diez in quadã remota similitudine scz in glia vel gra angelor: põcessit etiã in potẽtia obedientie q̃ creature tũc est indita ad talẽ nouitatem suscipiẽdã a deo agẽte. ¶ Ad. iiij. dõ: q̃ illa dispositio nouitatis nõ erit naturalis: nec õ naturã: sed erit supra naturã: sicut gra et gloria sũt supra anie naturã: et erit a ppetuo agente quod eã ppetuo cõseruabit. ¶ Ad. v. dõ: q̃ quis corpora isensibilia nõ meruerint illã gloriã ppie loquẽdo: hõ tñ meruit vt illa gloria toti vniuerso pferret: inq̃tũ hoc cedit in augmẽtũ glorie homis: sicut alicꝭ hõ meret vt ornatoribus vestibus induat: quẽ tñ ornatũ nullo modo ipsa vestis meret.

D secundũz sic pro cedit: vĩ q̃ motus corpor celestiũ in illa mũdi inouatõe nõ cessabit: qz Ben. viij. dr: Cũctis dieb' terre frigus et estus: estas ⁊ hyems nox et dies nõ requiescẽt. sed nox et dies: hyems ⁊ estas efficiunt per motũ solis. g̃ nunq̃ motus solis cessabit. ¶ Ꝑ. Hiere. xxxj. dicit: Hec dicit dñs: qui dat solẽ i lumie diei: ordinẽ lune et stellaz i lumie noctis: qui turbat mare et sonãt fluctus eius: si sterint leges iste coram me: tũc et semẽ isrl nũq̃ deficiet vt nõ sit gens coram me cũctis dieb'. sz semẽ israel nũq̃ deficiet sz in ppetuũ pmanebit. g̃ leges diei et noctis et fluctuũ maris que ex motu celi causant i ppetuũ erunt. g̃ motus celi nũq̃ cessabit. ¶ Ꝑ. Substãtia corpor celestiũ semp erit. sed frustra est ponere aliquid nisi ponat illud ppter quod est factũ corpora autẽ celestia ad hoc sunt facta vt diuidãt diem et noctem: et sint in signa et tempa et dies et annos: Ben. j. quod nõ possunt facere nisi p motũ g̃ mot' eor semp manebit: alias frustra illa corpa remanerẽt. ¶ Ꝑ. in illa mũdi innouatiõe tot' mũdus meliorabit. g̃ nlli corpori remanẽti auferet id quod ẽ de sua perfectiõe. sed motus ẽ de perfectõe corporis celestis: qz vt dr in. ij. celi et mũdi: illa corpora participant diuinã bonitatẽ per motũ. g̃ motus celi nõ cessabit. ¶ Ꝑ. sol successiue illumiat diuersas partes mũdi scõm q̃ circulariter mouet. si g̃ motus circularis celi cesset: sequit q̃ in aliq̃ supficie terre erit perpetua obscuritas: quod nõ puenit illi nouitati. ¶ Ꝑ. si motus celi cessat hoc nõ esset nisi inq̃tum motus aliquã impfectionẽ in celo ponit: vtpote lassitudinis vl' laboris: quod nõ põt eẽ cũ motus ille sit naturalis: et celestia corpa sint impassibilia: vñ in suo motu nõ fatigãt: vt dr in. ij. celi ⁊ mũdi. g̃ motus celi nũq̃ cessabit. ¶ Ꝑ. frustra est potẽtia que nõ reducit ad actũ. sz in quocunq̃ situ ponat corpus celi ẽ in potẽtia ad aliũ situm. g̃ nisi reduceret ad actũ potẽtia illa frustra remanẽt et semp esz impfecta. sed nõ potest reduci ad actũ nisi per motũ localem. g̃ semp mouebit. ¶ Ꝑ. illõ quod se habz indifferenr ad plura: aut vtrunq̃ attribuit ei aut nullũ. sed sol indifferẽter se habet ad hoc q̃ sit in oriente vel occidẽte: alias motus eius nõ esset vniformis per totũ: qz ad locũ vbi naturalius esset velocius moueret. g̃ vel neuter situs attribuet solt: vel vterq̃. sz nec vterq̃ nec neuter põt ei attribui nisi successime per motum: oz eni si quiescit q̃ i aliquo situ quiescat. g̃ corp' solis i ppetuuz mouebit et eadẽ rõne oia alia corpa celestia. ¶ Ꝑ. motus celi ẽ cã tẽpis. si g̃ motus celi deficiat: oz tps deficere: qõ si deficeret oportẽt q̃ deficẽt in instãti diffinitõ autẽ instãtis ẽ in. viij. phycor. quod ẽ initium futuri et finis pteriti: et sic post vltimũ instãs tẽpis eẽt temp': qõ ẽ impossibile. g̃ mot' celi nunq̃ cessabit. ¶ Ꝑ. gloria nõ tollit naturã sz mot' celi ẽ ei nãlis. g̃ p gloriã non ei tollit. ¶ Sed õ est qõ dr Apoc. x. q̃ angelus q̃ apparuit iurauit p viuẽtẽ in secula: qz temp' amplius nõ erit scz postq̃ septim' angel' tuba cecinerit: q̃ canente mortui resurgẽt: vt dr. j. Cor. xv. sz si nõ ẽ temp' nõ ẽ mot' celi. g̃ motus celi cessabit. ¶ Ꝑ. Esa. lx. dr: Nõ occidet vltra sol tuus et luna tua nõ minuet. sed occasus solis et diminutio lune ex motu celi causat. g̃ mot' celi q̃nq̃ cessabit. ¶ Ꝑ. vt pbat in. ij. de generatõe: mot' celi est ppter cõtinuã generationẽ in istis inferioribꝰ. sz generatio cessabit impleto numero elector. g̃ motus celi cessabit. ¶ Ꝑ. ois motus ẽ ppter aliquem finem: vt dr in. ij. Meta. sed ois motus qui est ppt finẽ habito fine quiescet. g̃ vel motus celi nũq̃ cõsequeret finẽ suũ: et sic esset frustra vel aliq̃n cesseret. ¶ Ꝑ. quies ẽ nobilior q̃ motus: qz scõm hoc q̃ res sunt imobiles deo assimilant in quo ẽ sũma imobilitas. sed corpor inferior motus terminat

naturaliter ad quietē. ergo cū corpora celestia sint multo nobiliora eorū motus naturalis ad quietē termiabit. Rñdeo dicendū q̄ circa istā q̄em est triplex positio. Prima ē phorū qui dicūt q̄ motus celi semp durabit. Sed hoc nō est pſonū fidei nre q̄ ponit certū numerū electorū prefinitū a deo: z sic oporteret q̄ generatio hoim nō in ppetuū dureť: z eadē rōne nec alia q̄ ad generationē homis ordinanť: sicut ē motus celi et variatiōes elemētorum. Alij vo dicūt q̄ motus celi cessabit scōm naturaz. Sz hoc etiā est falsū: qz oñe corp' quod naturaliť ḋescit et naturaliť mouet hz locū in q̄ naturaliter ḋescet ad quē naturaliť mouet: et a q̄ nō recedit ni si p violētiā: nullus autē loc' pōt assignari corpi celesti: qz nō ē magis nāle soli accessus ad pūctū ori entis q̄ recessus ab eo: vñ vel motus eius nō eēt naturalis totaliť: vel motus eius nō termiat nāliť ad quietē. Uel dicēdū ē scōm alios q̄ motus celi cessabit in illa mūdi innouatiōe: nō q̄dē ex aliq̄ nāli cā sz dīna volūtate faciēte: corp' eni illud sicut et alia in misteriū hois ouplicit facta sūt vt pus dictum ē Altero autē horū misteriorū hō post statū glie nō indigebit scz scōm q̄ corpa ei deseruiūt ad sustēta tionē corpalis vite: hoc aūt mō corp' celeste seruit ei per motū: inq̄tum p motū celi multiplicat gen' humanū: et generāt plante: et alia aialia q̄ vsui ho minū sunt necia: et tempies in aere efficit cōseruās sanitatē: vñ homie glorificato motus celi cessabit.

¶ Ad. j. ḡ dicēdū q̄ vba illa intelligūt ō ira scōm statū istū in quo pōt eē pncipiū generatiōis et corruptiōis plantarū: qō pz ex hoc q̄ ibi dī: Cūctis diebus terre semētis et messis: z hoc simpliciť p̄ceden dū ē: q̄ q̄diu terra erit messib' z semētib' apta: motus celi nō cessabit. ¶ Et silr dicēduz ad. ḡ. q̄ oñs loquit ibi de ouratōe semis israel scōm pñtem statū: qō pz ex hoc q̄ dicit: Et semen israel deficiet vt nō sit gens coram me cūctis diebus: vicissitudo eni dierū post statū istū nō erit: et iō etiā leges de quib' secerat mentionē post istū statuz nō erūt. ¶ Ad. iij. dicēdū q̄ finis q̄ ibi assignat corpibus celestib' ē finis prim': qz ē ppius eorū actus. sz iste act' vlteri' ordinat ad aliū finē scz ad misteriū humanum: vt pz p illud qō hī Deut. iij. Ne forte oculis eleuatis ad celū videas solē et lunā et oia astra celi: et errore deceptus adores ea q̄ fecit dñs de' tuus in misterium cūctis gentib' q̄ sub celo sunt: et iō magis dz iudiciū sumi de corpibus celestib' scōm misteriuz hoim q̄ scōm finē in genē assignatū. corpa autē celestia p aliū modū in misteriuz hois glorificati cedent: sicut pus dictū ē: et iō nō sequit q̄ frustra remaneāt. ¶ Ad. iij. dicēdū q̄ motus celi nō est de pfectiōe corpis celestis: nisi inq̄tum p hoc est cā generatiōis in istis inferioribus: et scōm hoc etiā motus ille facit corp' celeste participare dīnā bonitatē per quādā silitudinē causalitatis: nō autē motus est de pfectiōe substātie celi q̄ remanebit: et iō non sequit q̄ motu cessante aliq̄d de pfectiōe celi tollat scōm q̄ remanebit. ¶ Ad. v. dicēdum q̄ oia corpa electorum vt infra dicet hēbunt in seipsis quandā claritatem glorie: vñ q̄uis aliqua superficies terre nō illuminet a sole: nlo tñ mō remanebit ibi obscuritas

¶ Ad. vj. dicēdum q̄ Ro. viij. sup illud: Dis creatura ingemiscit ꝛc. dic glo. Ambro. exp̄sse q̄ oia elementa cum labore sua explēt officia: sicut sol et luna nō sine labore statuta sibi implēt spacia qō ē causa nostri: vñ quiescent nobis assumptis: labor autē ille vt credo non signat aliquā fatigationē vl passionem illis corporibus accidentē ex motu cuz motus ille sit naturalis nihil habēs de violētia ad iunctū: vt probat in. j. celi et mūdi. sed labor ibi intelligit defectus ab eo ad quod aliquid tēdit: vnde quia mot' ille ordinatus est ex diuina puidētia ad complendū numerū electorū: illo incompleto nondū consequit illud ad quod ordinat' est: et iō similitudinarie dī laborare: sicut hō qui non hz quod intendit: et hic etiā defect' a celo tollet impleto numero electorū. Ul etiā potest referri ad desideriuz future innouatiōis: quā ex diuina dispositōe expectat. ¶ Ad. vij. dicēdum q̄ in corpore celesti nō ē aliqua potentia que pficiat per locū: vel que facta sit ppter hunc finē qui est esse in tali loco. sed hoc mō se habz potētia ad vbi i corpore celesti: sicut se habet potētia artificis ad hoc q̄ facit diuersas domos vnius modi: quarū si vnā faciat nō dī frustra potentiā habere: et similiť in quocunq̄ situ ponat corpus celeste: potētia que est in ip̄o ad vbi non remanebit incompleta nec frustra. ¶ Ad. viij. dicendum q̄ q̄uis corpus celeste scōm suā naturā equaliter se habeat ad omnē situ qui est ei possibilis tñ si' comparet ad ea que sunt extra ip̄m non equalr se habz ad oñs situs: sed scōm vnū situ nobiliº dīsponit respectu quorundā q̄ scōm aliū: sicut q̄ ad nos nobilius disponit sol in die q̄ in nocte: et iō pbabile est cū tota innouatio mūdi habeat ordinē ad hominē q̄ celū in illa nouitate habeat nobilissimū situ qui est possibilis i respectu ad nostrū habitabilē. Ul scōm quosdā celum quiescet in illo situ in quo factū fuit: alias aliqua reuolutio celi remaneret incompleta. Sed ista ratio nō vī incōueniens: quia cū aliqua reuolutio sit i celo que nō finiť nisi in. xxxvj. milib' annorū: seqret q̄ tādiu mūdus deberet durare: quod nō videť pbabile. Et p̄terea scōm hoc possz sciri quādo mūdus finiri deberet: pbabilr eni colligit ab astrologis in quo situ corpora celestia sunt facta: cōsiderato numero annorū qui computat ab initio mūdi: et eodē modo posset sciri certus annorū numerus in q̄ ad dispositionē similē reuerteret: tp̄us autē finis mundi ponit esse ignotuz. ¶ Ad. ix. dicēdum q̄ temp' q̄nq̄ deficiet motu celi deficiēte: nec illud nūc vltimum erit principiū futuri: dicta eni diffinitio non datur de nūc nisi scōm q̄ est cōtinuās ptes tempis: ñ scōz

q̄ est terminās totū tempus: et de hoc dictum est i
j. oi. secūdi libri: cum de eternitate mūdi ageretur.
¶ Ad. x. dicēdum q̄ motus celi nō dī naturalī q̄si
sit pars nature eo mō quo p̄ncipia nature naturā
lia dicūtur. Nec itez hoc modo q̄ habeat p̄ncipi
um actiuū i natura corporis sed receptiuū tm̄: p̄n
cipium autē actiuū eius est in substātia spirituali:
vt dicit Cōmentator in p̄ncipio celi et mundi: et iō
nō est incōueniens si per nouitatē glorie motus il-
le tollat: nō enī eo ablato natura corporis celestis
variabit. ¶ Alias ratiōes cōcedimus duas p̄mas
que sunt ad oppositū: quia debito mō cōcludunt
¶ Sed quia alie due vident cōcludere q̄ mot' celi
naturalit cesset: iō ad eas respondēdū ē. ¶ Ad pri
mā ḡ eaz dicēdum q̄ motus cessat habito eo ꝓpt
quod ē si illud sequat motū et nō ꝓcomitet ipsum
illud autē ꝓpter quod est motus celestis fm̄ phos
concomitat motū scz imitatio diuine bonitatis in
causalitate quā habz sup inferiora: et iō nō oportz
q̄ naturalit motus ille cesset. ¶ Ad secundā dicē-
dū q̄ q̄uis imobilitas sit simplicit nobilior q̄ mo-
tus: tamē motus in eo q̄ per motū potest cōsequi
aliquā perfectā participationem diuine bonitatis
est nobilior q̄ quies in illo q̄ nullo modo p motū
posset illā perfectionē consequi: et ratiōe ista terra
que est infimū corpoz est sine motu: q̄uis ipse de'
qui est nobilissim' rerū sine motu sit a quo corpa
nobiliora mouent: et inde est etiā q̄ motus superi
orū corpoz possent poni scōm viam nature ꝓpe-
tui: nec vnq̄ ad quietē termiari: q̄uis mot' inferio
rum corpoz ad quietem terminet.

AD tertiuz sic proce
ditur: vi q̄ corporibus celestibus claritas
non augeat in illa innouatiōe: illa enī in
nouatio in corporibus inferioribꝫ erit per ignē pur
gantem. sed ignis purgans nunq̄ pertingit ad cor-
pora celestia: vt in precedenti distinctiōe dictum ē.
ergo corpora celestia non innouabunt per maiorī
claritatis susceptionē. ¶ P. sicut corpora celestia
per motum sunt causa generatiōis in istis inferio-
ribus: ita et per lucem. sed cessante generatōe cessa
bit motus vt dictū ē. ergo similiter cessabit lux ce
lestium corpoz magis q̄ augeat. ¶ P. si innoua-
to homine corpora celestia innouent: oportz q̄ eo
deteriorato fiant deteriora. sed hoc non videt ꝓba
bile: cum illa corpora sint inuariabilia q̄tuz ad id
quod est in substantia coz. ergo nec innouato ho
mine innouabunt. ¶ P. si deteriorata tūc fuerint
oportz q̄ tantum deteriorata fuerint q̄tum dicūt
esse melioranda in hominis innouatōne. sed Esa.
xxx. dicit: q̄ tūc erit lux lune sicut lux solis. ergo et
in primo statu ante peccatū luna lucebit q̄tuz nūc
lucet sol. ergo q̄tūcunq̄ luna erat super terrā faci
ebat diem sicut nunc facit sol. et hoc manifeste ap-
parer falsuz per id quod dicit Beñ. j. q̄ luna facta
est vt preesset nocti. ergo homie peccante non sunt
corpora celestia diminuta in lumine: et ita nec coz
lumen augebit vt videtur in homis glorificatōne.
¶ P. claritas corpoz celestium ordinat ad vsum
hominis: sicut et alie creature. sed post resurrectō-
nem claritas solis non cedet in homis vsum: dici-
tur enī Esa. ix. Non erit tibi amplius sol ad lucen
dum per diem: neq̄ splendor lune illuminabit te. et
Apoc. xxi. dicit: q̄ ciuitas illa beatoz nō egeat so-
le neq̄ luna vt luceant in ea. ḡ eoz claritas non au
gebitur. ¶ P. nō esset sapiēs artifex qui maxia in-
strumenta faceret ad aliquod modicū artificiū cō
stituendū. sed hō est quoddā minimū ꝓpatōe cele
stium corporuz: q̄ sua ingenti magnitudine q̄si in-
compabiliter homis q̄titatem excedūt: imo etiaz
totius terre: que habz se ad celū vt punctuz ad spe
ram: sicut astrologi dicūt. ḡ cū de' sit sapientissim'
nō vī q̄ finis creatōnis celi sit hō: et ita nō vī q̄ eo
peccante celū deterioratū fuerit: nec eo glorificato
melioret. ¶ Sed ꝫ est quod dī Esa. xxx. Erit lux
lune sicut lux solis: et lux solis septēplicit. ¶ P. to
tus mundus innouabit in melius vt supra dictū ē
sed celū est nobilior ps mūdi corporalis. ḡ in meli'
mutabit. sed hoc non potest esse nisi maiorī clari-
tate resplendeat. ḡ maiorabit et crescet claritas ei'.
¶ P. omnis creatura que ingemiscit et parturit
expectat reuelatiōem glorie future filioz dei: vt di
citur Ro. viij. sed etiā corpora celestia sunt huius-
modi: vt ibidem dicit glo. ergo expectant gloriam
sanctoz. sed non expectarent nisi ex hoc eis aliq̄d
accresceret. ergo claritas eis per hoc accrescet qua
precipue decorantur. ℟ Respondeo dicēdum q̄ si-
cut supra dictum est: ad hoc innouatio mūdi ordi
natur vt etiam mundo innouato manifestis iudi-
cijs quasi sensibiliter deus ab homie videatur: cre
atura autē precipue in dei cognitōez ducit sua spe
cie et decore: que manifestant sapientiam facientis
et gubernātis: vñ dī Sap. xiij. A magnitudine spēi
cogniscibilit poterat creator horz videri. pulchitudo
āt celestiū corpoz ꝓcipue cōsistit i luce: vñ Ecc. xl-
iij. Spēs celi glia stellaz: mūdū illuians in excelsis
dñs: et iō ꝓcipue q̄tum ad claritatē corpa celestia
meliorabūt: q̄titatis āt et mod' meliorationis illi soli
cognita ē q̄ erit meliorationis actor. ¶ Ad. j. ḡ dō:
q̄ ignis purgās nō causabit inouatiōis formā. sed
disponet tm̄ ad cā purgādo a feditate pcī et ab i-
puritate p̄mixtōis q̄ i corpib' celestib' ñ inuenit: et
iō q̄uis corpa celestia p ignē ñ sint purgāda: sūt tm̄
dinit' inouāda. ¶ Ad. ij. dō: q̄ mot' ñ ꝓportat ali
quam perfectionē in eo quod mouet scōm q̄ in se
consideratur: cum sit actus imperfecti: q̄uis possit p
tinere ad perfectionē corporis inq̄tuz est causa ali
cuius. sed lux ptinet ad perfectionē corporis lucen
tis etiam in substantia sua cōsiderati: et ideo post-
q̄ corpus celeste desinet eē causa generationis non
remanebit mot': sed remanebit claritas ei'. ¶ Ad

iij. dicendū q̄ super illud Esa. xxx. Erit lux lune sicut lux solis. dicit glo. Dia ꝓpter hominē facta in ei⁹ lapsu peiorata sunt: et sol et luna suo lumie minorata. que quidē minoratio a quibusdā intelligē scōm realē lumis minoratiōez. nec obstat q̄ corpa celestia scōm naturā sunt inuariabilia: qz illa variatio facta ē a diuina virtute. Alij autē ꝓbabilius intelligūt minoratione illā esse dicēdā nō scōm realē lumis defectū: sed quo ad vsum homis: qui nō tantum beneficiū ex lumie corpoꝝ celestiū post peccatum cōsecutus est q̄tuz añ fuisset: per quē etiā modū dr Ben. iij. Maledicta terra in ope tuo spinas z tribulos germinabit tibi. q̄ tamē etiaz añ spinas et tribulos germinasset: sz nō in homis penā. Nec tamē sequit q̄ si lux celestiū corpoꝝ per essentiam minorata nō ē homie peccāte: q̄ realiter nō sit augenda in eius glorificatiōe: qz peccatū homis non imutauit statū vniuersi: cū etiaz homo prius et p⁹ animalē vitā habuit: que motu et generatiōe creature corporalis indiget: sz glorificatio homis statū totius creature corporalis imutabit vt dictū est: et tō nō est simile. Ad. iij. dicēdū q̄ minoratio illa vt ꝓbabili⁹ estimat nō fuit scōm substātiā sz scōm effectū: vñ nō sequit q̄ luna existēs sup terrā diē fecisset: sz q̄ tantū ꝑmodū ex lumie lune homo habuisset sicut nūc hz ex lumie solis: z post resurrectionem qñ lux lune augmētabit scōm rei vitatē nō erit alicubi nox sup terrā sed soluz in centro terre vbi erit infern⁹: qz tunc vt dr: Luna lucebit q̄tum nūc lucet sol: sol autē in septulum q̄ modo luceat corpa autē beatoꝝ septies magis sole: q̄uis hoc ñ sit alīq̄ auctoritate vel rōne ꝓbatū. Ad. v. dicēdum q̄ aliquid pōt cedere in vsum hois duplicit: vno mō ꝓpt necessitatē: et sic nulla creatura cedet in vsum hois: qz ex deo plenā sufficientiā hēbit: et hoc significat in auctoritate apli inducta que dicit q̄ ciuitas non eget sole vel luna. Alius vsus est ad maiorē pfectionē: et sic homo alīs creaturis vtet: nō tn quasi necessarijs ad pueniendu⁹ in finē sicut nūc eis vtit. Ad. vj. dicēdum q̄ rō illa ē Rabbi moysi: qui oino nitit improbare mūdū ꝓpt hominem eē factuz: vñ hoc quod in veteri testamēto de innouatōe mūdi legit: sicut patz in auctoritatibus Esa. inductis dicit metaphorice esse dictum: vt sic alicui dr obtenebrari sol qñ i magnā tristiciā incidit vt nesciat quid faciat: qui etiā modus loquēdi cōsuetus est in scptura: ita etiā econtrario dr ei sol magis lucere et totus mūdus inouari: qñ ex statu tristicie in maximā exultationē cōuertit. Sed hoc dissonat ab auctoritatib⁹ et expositionib⁹ sanctoꝝ vñ rōni illi inducte hoc mō respondēdū ē: q̄ q̄uis corpora celestia maxime excedant corpus hois: tn plus mlto excedit aīa rōnalis celestia corpa q̄ ipa excednut corp⁹ humanū: vñ nō ē incōueniēs si corpora celestia ꝓpter hominē esse facta dicant: nō tn sicut ꝓpter ꝑncipalē finē: quia ꝑncipalis finis oim deus est.

Ad quartuz sic ꝓcedit: vi q̄ elementa nō innouabunt per receptionē alicuius charitat⁹: sicut. n. lux est claritas corporis celestis ꝓpria: ita calidū et frigidū humidū et siccū sunt ꝓprie qualitates elemē toꝝ. g̃ sicut celū innouab̄ per augmentū claritatis: ita debēt innouari elementa per augmentū qualitatum actiuaꝝ et passiuaꝝ. ℙ. raꝝ et densum sunt ꝓprie qualitates elemētoꝝ quas elemēta in illa innouatiōe nō amittent vt dictū est. sz raritas z densitas elemētoꝝ resistere vident claritati: cū corpus claꝝ oporteat alio modo condensatū esse: vñ claritas aeris nō videt q̄ possit claritatē pati: et similiter etiā nec densitas terre que paruitatē tollit g̃ nō potest esse q̄ innouent ꝓ alicuius claritat⁹ additionē. ℙ. constat q̄ damnati erūt in terra. sz ipsi erūt in tenebris non solū interioribus sed etiā exterioribus. g̃ terra nō dotabit claritate in illa innouatōe: et eadē rōne nec alia elemēta. ℙ. multiplicatio claritatis in elemētis multiplicat calorē. si igit in illa innouatiōe erit maior claritas elementoꝝ q̄ nūc sit: erit etiā per cōsequēs maior caliditas: et sic vi q̄ transmutent a naturalibus suis q̄litatibus que sunt eis scōm certā mensurā: quod est absurdū. ℙ. bonū vniuersi quod consistit i ordine et armonia dignius est q̄ bonū alicuius nature singularis. sed si vna creatura efficiat melior: tollitur bonū vniuersi: qz non remanebit eadē armonia. g̃ si corpa elemētaria que scōm gradū sue nature quē tenēt in vniuerso claritatis debēt esse expertia claritatē recipiant: ex hoc magis deperiet ꝓfectōi vniuersi q̄ accrescet. Sz cōtra est quod dr Apoc. xxj. Vidi celū nouū et terrā nouā. sed celum innouabit ꝑ maiorē claritatē. g̃ et terra et similiter alia elemēta. ℙ. corpa inferiora fuerūt in vsum hois sicut et supiora. sed creatura corpalis remunerabit ꝓpter ministeriū quod homi exhibuit: vt videt dicere glo. ad Ro. viij. g̃ etiam elemēta clarificabūt sicut et alia corpa celestia. ℙ. corpus homis est ex elemētis compositū. g̃ partes elementoꝝ que sunt in corpore homis glorificato homie glorificabunt per receptionē claritatis. sed eandē conuenit esse dispositionē totius et partis. g̃ et ipsa elemēta conuenit claritate dotari. Rñdeo dicendū q̄ sicut est ordo celestiū spirituū ad spiritus terrenos sz humanos: ita etiā est ordo celestium corpoꝝ ad corpora terrestria: cū autē creatura corpal⁹ sit facta ꝓpter spirituale et ꝑ eā regat: oz similit disponi corporalia sic spiritualia disponūt. In illa autē vltima rerū ꝓsummatiōe spiritus inferiores accipiēt ꝓperates supioꝝ spirituū: qz hoies erūt sicut angeli i celis: sicut dr Matth. xxij. z hoc erit in q̄tum ad maximaz pfectionem deueniet id fm q̄ human⁹ spiritus cum angelico conuenit. vñ

et ſimiliter cū corpora inferiora cū celeſtibus non cōicent niſi in natura lucis et diaphani: vt dicit ī ij. de aia: Oportet corpa inferiora maxie pfici ſcōz claritatē. vñ oia elemēta claritate quadaz veſtiunt nō tñ equaliter: ſed ſcōm modū ſuuz: terra eni vt oī erit in ſupficie exteriori peruia ſicut vitrū: aqua ſic cryſtallus: aer vt celū: ignis vt lumiaria celi. ¶ Ad j. dō: q ſicut ſupra dictū eſt: innouatio mūdi ordinat ad hoc q hō etiā ſenſu in corporibus quodā modo per manifeſta indicia diuinitatē videat: int ſenſus autē noſtros ſpūaliora ē viſus et ſubtiliora: et iō q̄tum ad qualitates vſiuas quaꝝ ꝓncipiū ē lux oportz oia corpora inferiora maxime meliorari: q̄ litates autē elemētares pertinēt ad tactū q̄ eſt maxime materialis: et eaꝝ exceſſus ꝓtrarietatis magis eſt ꝓtriſtatiuus q̄ delectatiuus: exceſſus autē lucis erit delectabilis cū ꝓtrarietatē non habeat niſi ppter organi debilitatē que nūc nō erit. ¶ Ad. ij. dicendū q aer nō erit clarus ſicut radios ꝓpriens. ſed ſicut diaphanū illuminatū: terra vō q̄uis ex natura ſua opacitatē habeat ꝓpter defectū lucis: tamē ex diuina vtute in ſui ſupficie claritatis glia veſtietur ſine preiudicio denſitatis ipſius. ¶ Ad. ij. dō: q in loco inferni nō erit terra glorificata per claritatē: ſed loco huius glorie hēbit pars illa terre ſpiritus rōnales hoīm et demonū: q̄ q̄uis ratōne culpe ſunt infimi: tñ ex dignitate nature ſunt qualibz q̄litate corporali ſuperiores. Vel dicēdū q etiaz ſi ſit tota ꝥra glorificata: nihilomin' reprobi in tenebris exterioribus erūt: qz etiā ignis inferni qui ad aliq̄d eis lucebit: q̄tuz ad aliud eis lucere nō poterit: vt infra di. vltima dicet. ¶ Ad. iij. dō: q claritas illa erit in iſtis corpalibus ſicut ē in corporibus celeſtibus in quib' caliditatē nō cauſat: qz corpora iſta tūc erūt inalterabilia ſicut mō celeſtia. ¶ Ad v. dō: q nō tollet ꝓpter meliorationē elemētoꝝ ordo vniuerſi: qz etiā oēs alie partes meliorabunt: z ſic remanebit eadē armonia.

D quintū ſic ꝓcedit

ditur: vī q plante z alia aialia remancāt in illa innouatiōe: elemētis eni nō oz aliquid ſubtrahi qđ ad eoꝝ ornatū ptinet. ſz aialib' et plantis elemēta ornari dicūt. g̈ nō auferent illa innouatiōe. ¶ Ꝑ. ſicut elemēta hōi ſeruierunt: ita etiā aialia et plante et corpa mineralia. ſz elemēta ꝓpter predictū miſteriuz glorificabūt. g̈ et aialia et plāte et mineralia corpa glorificabunt. ¶ Ꝑ. vniuerſū remanebit impfectū ſi aliq̄d qđ eſt de ei' pfectiōe auferat. ſz ſpēs aialiū et plantaꝝ et corporuz mineraliū ſūt de pfectiōe vniuerſi. cū igr nō debeat dici q mūd' in ſua innouatiōe impfect' remaneat: vī q oz dari plātas et aialia remanere. ¶ Ꝑ. aialia et plāte hñt nobiliorē formā q̄ ipſa elemēta ſz mūd' in illa finali innouatōne i melī' mutabit. g̈ magis debēt remanē aialia et plāte q̄ elemēta: cuz ſint nobiliora. ¶ Ꝑ. incōueniēs ē dicere q natura lis appetit' fruſtret. ſed ſcōz naturalē appetitū aialia et plāte appetūt cē ꝓpetuū: etſi nō ſcōm indiuiduū ſaltē ſcōm ſpeciē: et ad hoc ordinat eoꝝ generatio ꝓtinua: vt in. ij. de generatōe dī. g̈ incōueniēs ē dicere q iſte ſpecies aliq̄n deficiant. ¶ Sed ꝓtra ſi plante et aialia remanebūt: aut oia: aut quedaz. ſi oia oportebit etiaz aialia bruta que priuſ fuerūt mortua reſurgere ſicut et homies reſurgēt qđ dici nō pōt: quia cū forma eoꝝ ī nihilū cedat: non pōt eadē numero reſumi. Si autē nō oia ſed quedam cū nō ſit maior ratio de vno q̄ de alio q in perpetuū maneat: vī q nullū eoꝝ in perpetuū manebit ſed quicq̄d remanebit poſt mūdi innouationē ī ꝓpetuū erit generatiōe et corruptōe ceſſante. g̈ plante et aialia penitus poſt mūdi innouatiōez nō erūt. ¶ Ꝑ. ſcōm phm in. ij. de generatiōe: in aialibus z plantis et huiuſmōi corpib' ſpeciei ꝓpetuitas ñ cōſeruat niſi ſcōm ꝓtinuationē mot' celeſtis. ſed tunc mot' celeſtis deficiet. g̈ nō poterit ꝓpetuitas in iſtis ſpecieb' ꝓſeruari. ¶ Ꝑ. ceſſante fine ceſſare debet id quod eſt ad finē. ſed aialia et plante facta ſunt ad aialem vitā hoīs ſuſtentandā. vñ dī Geñ. ix. Sicut olera virentia dedi vobis oēm carnē. ſed poſt illā innouatiōz aialiſ vita ī hoie nō erit. g̈ nec plāte nec aialia remanē debēt. Rñdeo dō q cū innouatio mūdi ꝓpter hoiem fiat: oz q innouatiōi hoīs ꝓformet: homo autē innouat' de ſtatu corruptiōis in incorruptionē trāſiet et ꝓpetue quietis: vñ dī. j. Cor. xv. Oportz corruptibile hoc induere incorruptionē. et iō mundus hoc mō innouabit: vt abiecta oīni corruptione et tranſmutatione ꝓpetuo remaneat in quiete: vñ ad illā innouationē nihil ordinari poterit niſi quod habet ordinē ad incorruptionē. huiuſmōi aūt ſunt corpora celeſtia: elemēta et homies: corpora eni celeſtia ſcōm ſui naturaz incorruptibilia ſunt et ſcōm totum et ſcōm partē: elementa vero ſunt quidē corruptibilia ſcōm partes: et incorruptibilia ſcōm totum: homines vero corrumpūt et ſcōm totum et ſcōm partes. ſed hoc ex parte materie: non ex parte forme ſcz anime rationalis que poſt corruptiōnem hominis remanet incorrupta. animalia vero bruta et plante et mineralia et oīa corpora mixta corrumpunt et ſcōm totum et ſcōm partem: z ex parte materie que formam amittit: et ex parte forme que actu non manet: z ſic nullo modo habent ordinem ad incorruptionem: vnde in illa innouatione non manebūt. ſed ſola ea q̄ dicta ſūt. ¶ Ad. j. g̈ dō: q h'moi corpora dicūt cē ad ornatū elemētoꝝ iq̄tū vtutes actiue z paſſiue generales q̄ ſūt in elementis ad ſpeciales actiōes ꝓhūt: et iō ſunt ad ornatū elemētoꝝ in ſtatu actiōis et paſſiōis. ſz hic ſtat' ī elemētis nō remanebit: vñ nec aialia nec plantas remanē oportz

¶ Ad. ij. dō: q nec aialia nec plante nec aliq̄ alia corpora in miſtrando homi aliquid meruerūt cū

lſbertate arbitrij careant. ſed ꝑ tanto dicũt quedã corpora remunerari: quia homo meruit vt illa innouarent que ad innouationẽ ordinẽ habent: plãte autẽ et animalia nõ habẽt ordinem ad innouationẽ incorruptõis vt prędictũ eſt. vnde ex hoc homo ñ meruit vt illa innouẽt: qz nllo põt alteri mereri niſi id cuius eſt capax: nec etiã ſibi vult: vñ etiã dato ꝙ animalia bruta mererent in miſterio hois nõ tamẽ eſſent innouãda. ¶ Ad. iij. dõ: ꝙ ſicut perfectio hominis multipliciter aſſignat: eſt enim perfectio nature condite et nature glorificate: ita etiam perfectio vniuerſi eſt duplex: vna ſcõm ſtatum huius mutabilitatis: altera ſcõm ſtatum future nouitatis: plante autem et aialia ſunt de perfectõne eiꝰ ſm ſtatũ iſtum: nõ autẽ ſm ſtatum nouitatis illius: cũ ordinẽ ad eam nõ habeãt. ¶ Ad. iiij. dõ: ꝙ ꝗuis aialia et plante ꝗtuz ad quedã alia ſint nobiliora ꝙ ipſa elemẽta: tamẽ ꝗtum ad ordinẽ incorruptionis elementa ſunt nobiliora vt ex dictis pz. ¶ Ad v. dõ: ꝙ naturalis appetitꝰ ad perpetuitatẽ q̃ ineſt aialibus et plantis eſt accipiẽdus ſcõz ordinem ad motum celi: vt ſcz tãtũ i eſſe pmaneat ꝗtum motꝰ celi durabit: nõ enim põt appetitus eſſe in effectu vt pmaneat vltra cauſã ſuã: ⁊ iõ ſi ceſſante motu primi mobilis plãte ⁊ aialia nõ maneãt ſcõz ſpeciem nõ ſequit appetitũ naturalẽ fruſtrari. ¶ Cum tamẽ virtute diuinitatiſ ſit ſuſcitatꝰ nõ hũanitatẽ ⁊c. Sed ꝛ eſt quod dõ in glo. j. Cor. xv. ꝙ reſurrectio xp̃i fuit cauſa noſtre reſurrectõnis. ſz xp̃s ſm hũanitatẽ reſurrexit. g̃ virtute hũanitatẽ corpa r̃ſuſcitabit. Et dicẽdũ ꝙ ſicut Dama. in. iij. li. dicit: hũanitas xp̃i eſt q̃ſi diuinitatis organũ ſicut corp'anime vñ effectus aliqs põt attribui hũanitati xp̃i dupliciter. Uno mõ ſcõm ſe ſicut attribuit ei tangere leproſum et huiuſmõi. Alio mõ inq̃tuz ẽ inſtrumẽtum diuinitatis: ſicut attribuit ei tactu ſuo leproſum mũdare: hoc aũt mõ attribuit hũanitati xp̃i ſua reſurrectiõe noſtrã cauſare ſic̃ tactu ſuo leproſum mũdare: et qz inſtrumentũ nõ agit niſi in virtute ꝑncipalis agentis: inde ẽ ꝙ dõ xp̃us reſuſcitatur corpora nõ virtute humanitatis ſed diuinitatis q̃uis ſua reſurrectio ſit noſtre reſurrectiõis cauſa ꝑ modũ quo tactus leproſi eſt cã mũdatõis. ¶ Per verbũ filij dei fit aiaz reſurrectio: ꝑ verbũ factũ i carne per filiuz hominis fit corporum reſurrectio Sed cõtra: quia ſicut reſurrectio chriſti dicitur eẽ eſſe cã reſurrectõnis noſtre corpalis ita et ſpũalis: vt pz per illud Ro. iiij. Reſurrexit ꝓpter iuſtificationem noſtrã. Et dõ: ꝙ vtrũq; fit ꝑncipaliter virtute diuina: et quaſi inſtrumẽtaliter per operationẽ hũanitatis xp̃i: ſed tñ ſpũalis reſurrectõ appropriat diuinitati: corporalis vero hũanitati per appropriationẽ quãdã vt ſeruet ſimilitudo inter effectũ ⁊ cauſam. ¶ Filius cũ patre et ſpũ ſancto eadẽ vita eſt que ptinet ad animã non ad corpus. Sed ꝛra qz oñis vita tam ſpũalis ꝙ corporalis orit a vita diuina et imitat eam: vt pz per Dio. vj. ca. de di. no. Et dicendũ ꝙ dõ non ptinere ad corpus: qz corpus nõ poteſt eius eſſe particeps ad cognitionẽ et amorem. ¶ Angeli deferent ante ſignũ crucis. Sed ꝛ eſt ꝙ lignũ illud crucis non habz aliquẽ ordinẽ ad incorruptionẽ: et ita nõ remanebit poſt illaz innouationẽ. Et dicendũ ꝙ ſignum crucis nõ accipitur hic pro ipo ligno crucis domice. ſed pro aliqua repreſentatiõe ipius. ¶ Columne celi pauent aduẽtum eius: columne celi hic dicunt angeli qui celos mouent: quia in eorũ virtute ſuſtentat tota efficacia celeſtis actiõis: cum oñia corpora regant ꝑ ſpiritum vite rationalẽ: vt Aug. dicit. iij. de trinitate. ¶ Quantũ luxit ſol in prima conditiõe ſeptẽ dierum ante peccatũ ⁊c. Intelligenda eſt hec comparatio ſcõm ꝓmodũ quod homo percipit ex lumie celeſtiũ corporũ: quod fuit maius ante peccatuz ꝙ poſt: ꝗuis poſt reſurrectiõez realiter magis luceãt vt dictũ eſt. ¶ Significat ſolem et lunam his qui erũt in eterna beatitudine nullũ lucis vſum preſtare. hoc intelligendũ eſt de vſu neceſſitatis vt prius dictũ eſt. ¶ Ne impij in tormẽtis ſub terra poſiti ⁊c. ſcõm hoc videtur Iſido. ſenſiſſe ꝙ infernus ſit in alia ſuperficie terre: cuz tamẽ ab aliis dicatur ꝙ ſit in profundo terre. Quidam vero dicũt Iſido. etiam hoc ſenſiſſe ꝙ infernuſ ſit in profundo terre ſed ꝙ ex alia ſuperficie terre ſit aliquis magnꝰ terre hiatuſ. vnde lumen ſolis ad illos qui ſunt in inferno peruenire poſſet ſi ſol terraz circuiret: quod vtrum verum ſit oino certum non eſt.

¶ Diſtinctio. XLIX.

POſt reſurrectõnẽ vo facto vniuerſo ⁊c. Poſtq̃ magiſter determiauit de his que pertinent ad iudicium generale: in parte hac incipit determinare de premijs et penis que iudicium generale ſequuntur. Et diuiditur in partes duas. In prima determinat de premijs bonoꝝ. In ſecunda de penis malorum. l. di. ibi Hic oritur queſtio ⁊c. Prima autem pars diuiditur in ptes tres. In ꝑma enim deſcribit qualis erit beatitudo ſanctorum que eis in premiũ poſt generale iudicium dabitur. In ſecunda oſtendit quomodo ad eam conſequẽdam omnis humanus appetituſ tendat ibi: Solet etiam queri de beatitudine vtrum oẽs ⁊c. In tertia qualiter eam habẽtes diuerſimode ipſã participant: ibi Solet etiaz q̃ri ⁊c. Circa hoc tria facit. Primo oſtendit diuerſitatem que in beatitudine ſanctorum accidit ex parte cognitionis. Secundo ex parte gaudij vel delectationis ibi: Solet etiã queri an in gaudio ⁊c. Tertio inquirit de augmento beatitudinis quod accidet ex reſumptõne corporis: ibi Poſt hoc queri ſolet ⁊c.

Jc querunt quinq. Primo de beatitudine. Secūdo de visiōe dei in qua p̄ncipali beatitudo p̄sistit. Tertio de delectatōe q̄ formalit beatitudinē p̄plet. Quarto de votibus q̄ in beatitudine p̄tinent. Quito ō aureolis q̄b' beatitudo pficit et decorat. Circa primū querūt quatuor. Primo in quo sit q̄ renda beatitudo. Secūdo quid sit. Tertio vtr oēs eam appetant. Quarto vtr ab oīb' equaliter participet.

Dprimus sic proce

ditur: videt q̄ beatitudo in bonis corpis p̄sistat: quia quod a plurib' dicit: impossibile est falsum esse totaliter: vt Cōmentator dicit in libro de aia: et p̄bus dicit in .vij. Ethicor: q̄ opinio non perdit quā populi mīti famāt. sed maior hominū multitudo inclinat ad querēdu corporales delectatōes et corporalia bona quasi finē. ergo finis humane vite in corpalibus bonis consistit: finem autē humane vite dicimus beatitudinē: ergo beatitudo in bonis corporis querēda est. P. q̄to aliquis finis est magis vltimus in consecutōne. tanto p̄or est in intentiōe et appetitu. sz homo p̄us appetit corporale bonu q̄ spirituale: cui exemplo corporalīū rex in amorem inuisibiliū manuducamur: vt Greg. dicit. q̄ bonū corporale ē vltimus finis noster: talib' aūt finis est beatitudo. q̄ in bonis corporalis beatitudo ē querenda. P. q̄to aliqd bonū est cōmunius tāto diuinius: vt p̄z in .j. Ethicor. sed bonū corporale p̄munius est q̄ spirituale quia corporale ad plantas et aialia bruta se extēdit non autē spirituale. q̄ corporale bonū spirituali p̄eminet: et ita in corporalibus bonis magis ē beatitudo querenda. P. beatitudo ob oīmbus ponitur finis virtutis. sed virtus habet finē suū non solum in bonis spiritualibus sed etiā in corporalib'. per virtutē enī temperātie et alias virtutes homo conseruat a nociuis etiā scōm corpus. ergo beatitudo nō solū in spiritualibus sed etiā in corporalib' bonis est querenda. P. fm philosophus in .ij. Phicor: felicitas et fortuna circa idē esse vident. sed bona fortune sunt corporalia: q̄ bona in quib' cōsistit beatitudo et felicitas sūt corporalia. P. homo ex anima et corpore constituit. ergo bonus homis debz esse cōmune anime et corpori. sed bonum spirituale nō potest esse cōmune corpori: bonum aūt corporale pōt esse cōmune anime: inq̄tū anima de corporalibus delectat. ergo beatitudo q̄ est bonū homis magis consistit in corporalibus q̄ in spiritualib' bonis. Sed cōtra: illud quod cōuenit homini scōm corpus pōt esse cōmune sibi et alīs animalibus. sed beatitudo alīs animalib' nō pōt competere. ergo beatitudo nō est querenda in bonis corporis. P. beatitudo est summū bonus homis. ergo in p̄cipuis homis bonis est querenda. sed bona anime sūt nobiliora corporis: sicut et et anima corpore nobilior. ergo beatitudo est querenda ī bonis anime. P. illud quod est vltima mensura nō est aliquo mō mensuratus. ergo illud quod non potest esse bonū nisi put est mensuratū non potest esse mensura vltima in rebus humanis et ita nec vltimus finis qui est beatitudo: cuius finis sit mensura imponens modū his que sunt ad finē sed bona corporalia nō sunt laudabilia: nec bona nisi inq̄tum sunt mensurata mensura virtutis: vt patet per philosophū in .vij. Ethicor. ergo in bonis corporalibus nō potest esse beatitudo. Ulterius videt q̄ beatitudo magis consistit in his q̄ sūt voluntatis q̄ in his que sunt intellectus: quia beatitudo est summū bonū. sed bonū est obiectus voluntatis inq̄tum huiusmodi non autē intellectus ergo beatitudo magis consistit in actu voluntatis q̄ intellectus. P. delectatio scōm philosophus ī .vij. Ethicor: ad beatitudinem requirit: vnde et in greco nomen beatitudinis a gaudio accipit. sed delectatio est in volūtate siue in affectu. ergo et beatitudo. P. scōm philosophū in .x. Ethicor: i actu nobilissime virtutis consistit felicitas siue beatitudo. sed charitas est excellentissima omniū virtutum: vt patet per apostolū .j. Cor. xiij. ergo cum charitas sit in voluntate ibi querenda est beatitudo. P. sicut anima imperat corpori: ita voluntas imperat intellectui: et per consequens est eo superior. sed beatitudo magis ponitur in bonis anie q̄ corporis: quia anima est superior corpore. ergo eadem ratiōe magis debet poni in voluntate q̄ in intellectu. Preterea beatitudo hois p̄sistit in perfecta coniūctione ad deū. sed perfectius homo cōiungitur deo per voluntatē q̄ per intellectum: vñ dicit Hug. de sancto vic. in .vij. ca. ce. hierar. super illud: Mobile et acutū tc. Dilectio supeminet scientie: et maior est intelligentia: plus enī deus diligitur q̄ intelligat: intrat dilectio vbi sciētia foris est. q̄ beatitudo consistit magis in dilectione q̄ in cognitione: et in voluntate q̄ i intellectu. Sed cōtra est quod dicitur Joh̄. xvij. Hec est vita eterna vt cognoscant te verum deum et quem misisti Jesum christum. sed vita eterna est ipsa beatitudo. ergo beatitudo in cognitione cōsistit. Preterea .j. Cor. xv. super illud: Cum tradiderit regnum deo et patri. dicit glo. idest cum perduxerit credentes ad cōtemplationem dei patris: vbi est finis omnium: requies sempiterna et gaudium. sed hoc est beatitudo. ergo in contemplatione intellectus beatitudo consistit. Preterea philosophus in .x. Ethicor ostēdit q̄ in contemplatione virtutis actu vltima homis beatitudo consistit. sed hoc pertinet ad intellectum. q̄ beatitudo maxime cōsistit ī intellectu Preterea scōm phm in .j. Ethicor. Bonū in q̄ p se ē sufficiētia est felicitas vel beatitudo. sz hoc ē i cognitiōe: vt p̄z Joh̄. xiij. Dñe ostēde nobis patrē

et ſufficit nobis. ergo idē quod ꝓius. ¶ Ulterius videt ꝙ beatitudo magis ꝓſiſtit in actu intellectus practici q̄ ſpeculatiui: q̄to eni aliq̄d bonū ē cōius tāto ē diuini': vt pz in. j. Ethic. ſz bonū intellectus ſpeculatiui ē ſingularit' ei' q̄ ſpeculat: bonū āt intellectus practici pōt eſſe cōe mltoꝝ. ḡ magis cōſiſtit btitudo i intellectu practico q̄ ſpeculatiuo. ¶ D. btitudo ē vltia pfectio hoīs. ſz maior eſt pfectio alicui' rei ſcōm ꝙ ē cā alteri' q̄ ſcōm ꝙ in ſe pfecta exiſtit: vñ dicit Dio. in. iij. ca. ce. hierar. Q̄ oīm diuinius ē dei cooperatorē fieri in reductōe alioꝝ: ꝙ intellectū āt ſpeculatiuū hō hz pfectionē i ſeipſo: intellectus āt practic' ē cā alioꝝ. ḡ btitudo magis cōſiſtit i intellectu practico q̄ ſpeculatiuo. ¶ D. finis ē cōformis his q̄ ſūt ad finē. ſz btitudo ē finis et p̄miū vtutū: vt in. j. Ethic. dī: Uirtutes āt magis ꝓſiſtūt i opatōe q̄ in cognitōe: q̄ ſcire paꝝ vl nihil pdeſt ad vtutē: vt pz 2° Ethic. ḡ btitudo magis ꝓſiſtit in intellectu practico q̄ i ſpeculatiuo. ¶ D. beatitudo hoīs ꝓſiſtit in eo qō ē in hoīe nobiliſſ'. ſz intellect' practic' ē nobilior ſpeculatiuo: q̄ ipe legem ponit ſpeculatiuo intellectui: ꝙ prudētia ẓ eni legiſlatoris ordinat q̄liter quis diſcē debeat diſciplinas ſpeculatiuas: vt pz in. j. Ethic. ḡ beatitudo magis ē i intellectu practico q̄ ſpeculatiuo. ¶ Sz ꝓtra: beatitudo cū ſit vltimus finis ꝓpter ſeipam q̄rit et nō ꝓpter alteꝝ. ſz cognitio practica ordiat ad alteꝝ tā q̄ ad finē: q̄ ad opus: vt i. ij. Meta. dī: nō autē ſpeculatiua. ſz ꝓpter ſeipam querit: vt pz in. j. Meta. ḡ beatitudo magis cōſiſtit in intellectu ſpeculatiuo q̄ practico. ¶ D. beatitudo nr̄a ꝓſiſtit in hoc ꝙ deo ꝓiūgamur. ſz nos nō ꝓiūgimur deo p intellectum practicū. ſz p ſpeculatiuuz. ḡ beatitudo magis cōſiſtit in intellectu ſpeculatiuo q̄ practico. ¶ D. rōne beatitudinis ē diuturnitas et ſufficientia et delectatio. ſz in actu cōtemplatiui intellect' ē hō magis ſufficiēs ſibi q̄ i actu intellect' practici ad quē multis auxiliīs exteriorib⁹ indiget: nlla q̄ actio ē in q̄ homo poſſit ita diu pſiſtere ſicut in ꝓtemplatōne ꝓpter remotionē a corporeis inſtrumētis quoꝝ debilitas laſſitudinē inducit: neq̄ ē aliq̄ delectatō ita pura ſicut ꝓtemplatiōis: q̄ ei nlla ꝓtrariū admiſcet: neq̄ eni ꝓtrariū hz. ḡ beatitudo maxime i actu intellect' ſpeculatiui cōſiſtit. ¶ Ulter' videt ꝙ beatitudo i hac vita habeat: q̄ Matth. v. dicit Beati paupes ſpū q̄m ipſoꝝ ē regnū celoꝝ. Et ſil'r Bti q̄ pſecutiōz patiūt ꝛ ceta huiꝰmōi. ſz oia hec i hac vita habēt. ḡ btitudo ē i hac vita. ¶ D. ſi beatitudo nō poſſet eē in hac vita: nlls beatitudinem cognoſcēt niſi q̄ de alia vita noticiā hēret. ſed multi phi de beatitudie tractauerūt futurā vitā penitus ignorātes. ḡ beatitudo pōt etiā eē i hac vita. ¶ D. pñs vita hoīs eſt pfectior q̄ pñs vita alicui' alteri' animalis. ſed vita pñs alioꝝ animaliū includit finem vltimū eorundē. ḡ et vita pñs hoīs beatitudinem includit qui eſt finis eius. ¶ D. vnaquecq̄ res naturaliter deſiderat finē ſuū. ſed ex deſiderio finis naſcitur deſideriū eoꝝ que ſunt ad finem: illa autē precipue ſūt ordinata ad finē ſine quibus ad finē peruenire nō poteſt: ſic autē ad beatitudinem hominis moꝛis eēt ordinata ſi i hac vita beatitudinē habere nō poſſz. ḡ homo naturaliter deſiderat moꝛtem: qō experimēto falſum eſſe ſentit ꝛ auctu Apli p̄dicit: q̄ dicit. ij. Coꝛ. v. Nolumus expoliari ſz ſuperueſtiri. ḡ beatitudo hoīs eſt i hac vita. ¶ Sed ꝓ: nullus pōt eē beatus qui non habz hoc qō bene vult. ſed quilibz beatus bñ et ordinate vult ſua beatitudine nūq̄ poſſe priuari. ḡ quicūq̄ hoc nō habet nō eſt vere beatus. ſed null' hoc in hac vita habet: q̄ ipam beatitudinē quā i hac vita hīe poſſet oportēt ꝙ ad min' moꝛs tollat. ḡ beatitudo in hac vita haberi nō pōt. ¶ D. null' ad vltimū vite iam puenit cui reſtat aliq̄d appetēduz: eo ꝙ beatitudo in ſe ſufficiētia habeat vt etiā phūs dicit. ſed q̄tūcunq̄ aliq̄s ſit in hac vita pfectus: vel ſcia vl' vtute vl' quocūq̄ alio mō adhuc ei reſtat aliq̄d ad appetendū. ſ. multa ſcire que neſcit: imo bonitas etiam ſue pfectōnis: q̄ q̄diu hec vita durat certa eſſe nō pōt: cū etiā ſapientiſſimi et pfectiſſimi viri p̄ infirmitates coꝛporales poſſint i inſaniā deuenire. ḡ beatitudo in hac vita hīi nō poteſt. ¶ D. beatitudo ab oīb⁹ ponit maximū. ſed maximū bonū eſt qō eſt malo penitus imꝑmixtū. cum ḡ vita hec abſq̄ malis eſſe nō poſſit: q̄tūcunq̄ aliquis ſit ſapiēs et virtute pfectus: vt manifeſte apparet varios caſus hominis intuendo: videt ꝙ in hac vita beatitudo eē nō poſſit. ¶ Rideo dō ad primā qōem ꝙ beatitudo cū ſit naturaliter ab oīb⁹ hōib⁹ deſiderata: nominat vltimū humane vite finē: finis autē cuiuſlibet rei ē operatio ꝓpria vl per operationē ꝓpriam ad finē venit: cū autē forma ꝓpria ſit i q̄lib⁹ re operationis ꝓprie principiū: forma autē ꝓpria hoīs inq̄tū eſt hō ſit rōnalis aia: oporteret ꝙ vel i ipſis actibus rōnalis anie beatitudo conſiſtat: vel in his ad q̄ homo per actus rōnalis aie compat'. hec aūt bona aie dicunt: vnde neceſſe ē beatitudinē ponere i bonis aie etiā ſm phos. Q̄ aūt aliqui beatitudinem i bonis coꝛporis ponūt ex hoc ꝓuenit ꝙ ſeipos q̄d eſſent ignorabāt: non eni agnoſcebāt ſe ſcōz id qō eſt in eis melius qō eoꝝ eſſe formaliter complet: ſed ſcōm id qō de eis exterius apparet: et ſcōm hoc in exteriorib⁹ bonis ſuā beatitudinem queſierunt.

¶ Ad. j. ergo dicendū ꝙ multoꝝ opinionē non ē neceſſe eſſe verā ſimpliciter ſed ſcōm partē: multitudo autē hominū in bonis coꝛporis beatitudinē ponentiū q̄tum ad hoc verā opinionē habz: ꝙ illud quod ſibi optimū eſtimant hoc ſuam beatitudinē eſſe putant: ꝛ q̄tum ad hoc opinio eoꝝ vera ē: ſcz ꝙ optimū hominis eſt beatitudo: nō autem oportet ꝙ ſit vā q̄tū ad hoc ꝙ ponūt eā i bonis coꝛporis: q̄ hec opio ꝓcedit ex falſa radice: q̄. ſ. eſtimāt ſe ꝓncipaliter eē id qō ſunt ſcōz coꝛp'. ¶ Ad. ij. dō: ꝙ hoc

est p enigma vel p essentiã: vt patz. j. Cor. xiij. ergo Moyses i statu vie exñs vidit deũ p cẽtiã. ¶ D. ij. Cor. xij. sup illud: Raptũ huiusmõi vsq; ad tertiũ celũ. dicit glo. q; de' oñdit Aplo vitã in q̃ videndus ẽ in eternũ: et ita ad hoc rapt' ẽ aplus vt ipsuz deũ in se nõ in aliq̃ figura videret. et infra dr: q; in tertio ordine angelorũ sunt throni cherubin et seraphin qui vicinius deũ ꝓtemplant a quoz similitudine deũ vidisse dr aplus: ex quib' oibus aperte ostendit q; ipse vidit deũ p essentiaz: et sic idem qd̃ prius. ¶ D. scõm Aug. xij. sup Gen. ad lram: visione intellectuali vident ea que sunt in anima per sui essentiam. sed visio intellectualis ẽ de reb' ipsis intelligibilibus nõ p aliquas similitudines sed per suas essentias vt ipse dicit. g̃ cum deus p suã essentiam sit in anima viatoris. videt q; per essentiã suam ipsum viderat. ¶ D. affectus magis est corruptus p peccatũ q̃ intellectus. qz peccatũ in voluntate est vt dicit Aug. sed affectus põt imediate diligere deũ in statu vie. g̃ et intellect' potest imediate videre deũ. ¶ D. omne illud imediate videtur p intellectum ad quod intellectus se cõuertit sine hoc q; cõuertat ad aliquid aliud. sed intellectus viatoris põt ꝓueni ad deũ sine hoc q; ꝓuertat ad aliqd aliud. g̃ intellectus viatoris põt imediate vidẽ deũ ¶ D. Illud per quod iudicamus de aliquib' oportet esse nobis magis notum q̃ illa: sed scõm Aug. in li. de vera reli. scõm veritatẽ increatã de oibus iudicamus ipsã de oibus ꝓsulẽtes etiã in statu vie g̃ ipsã veritatẽ videmus. sed vitas increata est diuina essentia. g̃ in via deũ p essentiã videre possum'. ¶ D. ꝓpter qd̃ vnũquodq; illud magis. sed oia q̃ cognoscimus: cognoscimus p lumẽ diuinũ: qd̃ est ipsa diuina eẽntia: qz vt dr i li. de spũ et aia: mens nostra in actũ cognitõnis exire nõ põt nisi diuino lumine ꝓfundat. g̃ ipsum deũ p essentiaz videmus magis q̃ aliquid aliud. ¶ D. scõm Aug. mẽs nra a deo nulla interposita creatura format. sed i oñi mediata visione aliquid interponit. g̃ et i hac vita mens nostra imediate videt deũ. ¶ D. per q̃libet scientiã speculatiuã cognoscit de subiecto quid est sed deus in aliqua scientia speculatiua est subiectũ vel saltẽ in parte alicuius sciẽtie sicut in theologia et in Meta. que etiã de deo ẽ: vt patz in principio Meta. g̃ per aliquã scientiã speculatiuã scit d̃ deo quid est: z hoc ẽ videre ipsum p essentiã. g̃ cuz oẽs scias speculatiuas possum' hic in via: deũ in statu vie p essentiã videre possum'. ¶ D. nihil impedit nisi a suo ꝓrio. sed corruptio corporis non ꝓriat dr sposition intellectus: cũ non sint in eodẽ. g̃ dispositio intellectus nõ impedit p corporis corruptioem sed aia in corpore corruptibili exñs videbit deum p essentiã. g̃ et corpori corruptibili iũcta põt deũ p essentiã videre. ¶ Sed ꝯ est quod dr Exo. xxxiij. Nõ videbit me homo et viuet. glo. q̃diu hic mortaliter viuit videri per quasdam imagines de' põt sed p ipam nature sue speciẽ nõ põt. ¶ D. Joh. j: dr: Deuz nemo vidit vnq;. glo. Nemo pur' homo viuẽs in hoc corpe videt deũ vt ẽ. ¶ D. ij. Cor. v. Quãdiu sum' in corpore pegrinamur a dño: p fidem eni ambulamus et non per speciẽ. glo. Domi vitam mortalẽ adhuc agenti nõ põt contingere vt dimoto atq; omni discusso nubilo fantasiaq; corporaliũ serenissima incõmutabilis vitatis luce potiat. ¶ D. esse viatorẽ et ꝓprehensorẽ est soli' christi. sed quicũq; videt deũ p essentiã est ꝓprehensor g̃ nullus alius a christo adhuc viator existens põt deũ per essentiaz videre. ¶ D. posita causa ponit effectus. sz causa quare aia beata sit ẽ diuina visio vt ex dictis pz: si g̃ aliqs in statu vie deũ p essentiaz videat: in statu vie erit beatus: quod est absurduz Rñdeo: dicendũ q; cum beatitudo sit vltim' finis rõnalis creature: status vie in qualibet rõnali creatura dr esse ille in quo a beatitudine deficit: beatitudo autẽ cuiuslibet rõnalis creature ꝓsistit i visione dei p essentiã vt ex dictis pz: opatio aũt delectabilissima in qua beatitudo ꝓsistit oz q; sit potẽtie dispposite et pfecte ad dignissimũ obiectũ: vt patet p phm i. x. Ethic. et iõ ad hoc q; creatura rõnalis sit beata per visionẽ dei in eẽntia sua oz q; in hanc visionem sit potẽs p aliquã dispositionẽ sibi inherentem: quã dicim' eẽ lumẽ glorie: sic autẽ nulla pura creatura in statu vie exñs: videre põt deum per essentiã: homo eni p dispositiões oẽs q̃s i statu vie hz nõ põt in aliqd amplius nisi vt intelligat q̃cqd intelligit p species a sensu abstractas: qz fantasmata sunt intellectui nostro vt sensibilia sensui: vt pz p phm in. iij. de aia. intellectus etiã angeli in statu vie p oẽs dispositiões naturales vel etiã gratuitas nõ põt in aliqd amplius nisi vt intelligat oñe qd̃ intelligit p formas creatas: ad q̃s naturalis facultas intellectus eius determinat: vt ex dictis pz: de' aũt in eẽntia sua videri nõ põt: nec p aliquaz formam a sensu abstractã nec per aliquã formã creataz: vt ex dictis pz. vñ pz q; null' intellect' pure creature i statu vie exñtis põt in visionẽ dei p essentiã per aliquam dispositionẽ sibi inherentem: sed contingit aliqñ diuina virtute q; aliqua res miraculose ꝓducit in aliquid in quo nullo modo potest p aliqs dispositiones sibi inherẽtes: sic q; vgo pariat: q; ignis in aqua ꝓburat. et similiter põt miraculose fieri q; diuina vtute aliquis intellectus creatus nõ habẽs nisi dispositionẽ vie eleuet ad videndu deũ p eẽntiã: nec tñ ex tali visione põt dici beat' simplicit sz scõm qd tm̃ inq̃tũ scz cõicat in actu beati: sic etiaz aliquod corpus in statu grauitatis exist̃s põt miraculose participare actum agilitatis vel impassibilitatis: sicut de Abacuc legit Dañ. vltio. et de tribus pueris ꝓseruatis in fornace Dañ. iij. nec tamẽ corpa erãt gloriosa: ea aũt q̃ fiunt miraculose non dicuntur possibilia scõm naturaz in qua fiũt sed scõm virtutem facientis tm̃: nõ eni dicim' ꝓpe

loquẽdo q̃ cecus possit fieri videẽs sed q̃ deus põt eũ facere videtẽ:et iõ dicendũ ẽ q̃ nulla pura creatura in statu vie existẽs põt deũ p essentiã videre. sed de' põt facere q̃ videat adhuc in statu vie manens. Ex dictis etiã pz q̃ nullus homo in statu vie nec etiã angeli essentiã põt cognoscere: q̃ excedũt oẽs formas sensibiles p q̃s intellectus noster i statu vie cognoscit:et ipam mentẽ nostrã ex cuius similitudine aliq̃d de substãtijs intellectualibus cognoscim'. ¶ Ad.j.q̃.dõ:q̃ fm Dio.iij.ca.ce.hierar. p hoc q̃d in scriptura dr q̃ aliquis sanct' vidit deũ vt Ysaias vel quilibet ali':nõ ẽ intelligẽdũ q̃ essentiam dei q̃ est oĩbus viatorib' occulta viderit:sz q̃ oñse sunt eis aliq̃ forme vel corporales vel imagirie p q̃s manuducebant in dei cognitiõem: et hoc fiebat ministerio angelorũ quorũ illuminatõe confortabat intellectus pphete ad pueniẽdũ i aliq̃lem diuinorũ cognitionẽ ex apparẽtib' formis:et q̃ angelus nõ intẽdebat duce i sui cognitionẽ p̃cipaliter sed in cognitionẽ dei:iõ in huiusmodi visis nõ dicebat angelus apparere sed deus ex cui' psona apparebat angelus et ex cui' vtute efficaciã habebat ad illuminandũ mentẽ:et hoc vocat theophonia idest dei apparitio in scr̃ptura:q̃q̃ tñ et angel' dicebat ille q̃ apparebat ppr̃ ministeriũ q̃d exhibebat. vñ Greg'.dicit:Angelus q̃ Moysi apparuisse describit modo angelus mõ dñs memorat.angel' q̃ exterius loquẽdo deseruit:dñs q̃ interius p̃sidens loquenti efficaciã tribuit.et hec est etiã sñia Aug. ij.de trini. ¶ Ad.ij.dicendũ q̃ visio illa Jacob fuit imaginaria vel corporalis:dr tñ vidisse facie ad faciem:q̃ illa figura in q̃ ei apparuit deus facie ad faciẽ est ab eo visa.vñ dic glo.ibidẽ:Nõ q̃ deus videri possit sed formã vidit in qua deus locut' ẽ ei. In hoc tñ q̃ dicit facie ad faciẽ:notat quedaz eminẽtia visiõis:vt eni dic Rabbi moyses grad' pphetie distinguẽs:Eminẽtior est gradus pphetie qñ p̃phete apparet aliquid in visiõe vigilie q̃ si appareat in dormiendo:et vtrolibz modo si fiat reuelatõ eminentior gradus est quãdo apparet ille qui loq̃t in aliqua figura visui q̃ qñ audit locutio eius tñ sine hoc q̃ aliquid videat.eminẽtior quoq̃ grad' ẽ si ille qui loquit apparet in figura angeli q̃ in figura hominis:et hanc eminẽtiã habuit apparitio Jacob:quia non fuit in dormiẽdo sed in vigilãdo nec tñ audiuit vocẽ secũ loquẽtis sed etiã figuraz inspexit hominis tñ.vnde dr q̃ apparuit ei vir ⁊c. quem angelum intellexit:et ad hanc eminentiam designandam dr q̃ vidit dñm facie ad faciem: angelum dñm vocans rõne iam dicta. Non põt dici scõm glo.Greg.ibidẽ:q̃ hoc intelligit de visiõe spirituali qua sanctorũ mẽtes etiã in via a vitijs purgate deũ p̃templant adiute diuino lumie quo perfundunt:scõm quã quidẽ visionẽ q̃uis dina natura vt ẽ nõ videat:q̃ illud lumẽ receptũ nõ ẽ similitudo sufficiens repr̃sentans diuinã essentiã:vt supra dictũ ẽ:tñ aliqua p̃fectior cognitio de deo habet cuz illud lumẽ sit expressior eius similitudo q̃ lumen nature aut creature sensibilis ex quibus homo naturali cognitione ducit ad dei cognitionẽ:nisi eniz illam sz veritatẽ causatã vtcũq̃ p̃spiceret:nõ eaz se p̃spicere nõ posse sentiret:vt in eadẽ glo.dr:et q̃ p facie quẽlibz cognoscim' cognitionẽ dei faciem vocamus. ¶ Ad.iij.dicendum q̃ vbum Job potest intelligi de visiõe imagiaria et intellectuali:si eniz intelligat ó imagiaria designat p̃fect' Job i gradu pphetie:cũ p̃mo nõ fuerit ei fca reuelatio nisi per auditũ loquẽtis:postmodũ vo p visionẽ loquẽtis Si autẽ intelligat de visione intellectuali tũc ostẽditur p̃fectus ei' de cognitiõe fidei in intellectũ diuinorũ qualis hic p̃templationẽ p̃dictã habet a sanctis que quidem visio dr: quia sicut videndo aliqua cognoscimus ab ipsis rebus accipiendo:ita sancti in contemplatione accipiunt lumen ab ipso deo:per quod diuina altius ceteris contemplãtur sed audita cognoscim' assentiẽdo eis q̃ ab ipsis rebus species acceperũt dũ nobis referũt se vidisse: et similiter per fidẽ adherem' dictis apl'orũ ⁊ pphetarũ:qui fuerũt diuino lumine illustrati:et sic non oz ponere q̃ deuz p essentiã viderit. ¶ Ad.iij.dicendũ q̃ duplex eminẽtia visionis Moysi ascribitur: vna Exo.xxxiij.vbi dr q̃ loq̃bat dñs Moysi facie ad faciem sicut loqui solet hõ ad amicũ suũ. Ex quibus tñ verbis haberi nõ põt q̃ deũ p essentiam viderit:q̃d pz ex hoc q̃ petit cõiter:Ostende mihi gloriam tuam.q̃d ei tunc p̃cessum nõ est. vñ dictum est ei:Faciem meaz videre non poteris.⁊ iõ dicit glo.ibidem:scõm opinionẽ populi loquitur scriptura:que putabat Moysen ore ad os loq̃ cũ deo:cum per subiectam creaturam:idest per angelum et nubẽ ei loqueret appareret. Hec autẽ locutio põt intelligi fuisse imaginaria vel corporal'.vñ dicit Aug.ij.de trini.locutõ illa que fiebat vocib' sic modificabat tanq̃ esset amici loquẽtis ad amicum. Potest etiam intelligi esse intellectualis fm q̃ intelligibilia diuinorũ inspiciebat p modum quo dr in psal. Audiã quid loquat in me dñs deus. et vtroq̃ modo ostẽdit p̃uilegiata ei' reuelatio:inq̃tum familiarius ceteris ei sua secreta reuelauit q̃si amico:iuxta illud quod dr Joh.xv. Vos dixi amicos q̃ omnia quecũq̃ audiui a patre meo nota feci vobis.et ideo dr Deut.vltimo: Non surrexit vltra pphera in israel quẽ nosset dñs facie ad faciem Alia eminentia visiõis moysi ostendit Nume.xij. vbi dominus de eo dixit ad aaron ⁊ Mariã: Ore ad os loquar ei et palã non p enigmata et figuras deũ videt vel gloriã dñi scõm.lxx. vbi ostendit impleta fuisse eius petitio qua petiuerat i Exo. Ostẽde mihi faciẽ tuã.ita q̃ añ mortẽ deũ p essentiã vidit:vt Aug'.dicit.xij.sup Geñ.ad litterã:et i libro de videndo deum:et iõ signãter dr: Ore ad os loquar ei.quod in Exo.dictũ nõ fuerat: q̃ visio dei

ꝑ essentiã non fit imediate aliquo supioꝛi spũ. sed ipe deus imediate se oñdit: et hoc est loq̃ oꝛe ad os non eni os coꝛpis sed os mentis intelligẽdũ est: vt Aug. dicit: sed visio ꝓtemplationis vie fit mediante illuminatõne angeloꝝ: vt pz per Dio. iiij. ca. ce. hierar. et iõ nõ põt dici scõm illaz loq̃ oꝛe ad os: sz loqui quasi ꝑ internunciũ. Hec tñ visio q̃ añ moꝛtem deũ ꝑ essentiã vidit nõ fecit eũ beatũ simplicit vñ nec semp illa visio in eo ꝑmansit: sed ad temp' q̃uis illud tempus in scriptura nõ determinet: nõ eni erat ex disꝑsitõne in intellectu exñte sed ex sola diuina virtute quasi miraculose: vt dictũ est. qñ autẽ natura creata miraculose eleuat ad aliq̃d supꝛa naturam: non potest simul eẽ in ꝓtrario actu sicut coꝛpus Petri cum miraculose actũ dotis habuit super vndas ambulando non simul erat i eo actus grauitatis qui est ferri deoꝛsum. Et similiter quãdo intellectus viatoꝛis eleuatur miraculose ad videndũ deum per essentiaz: non potest simul esse in actu visionis vie qua anima naturaliter sensibilia percipit: et ideo opoꝛtz in illo statu animam videntis oino ab actu sensuũ abstrahi: et ideo Aug. dicit. xij. super Geñ. ad lr̃am: qꝛ deũ per essentiaz nemo videre potest nisi ab hac vita quodãmodo moꝛiatur: siue oino exiens ꝺ coꝛpoꝛe: siue auersus et alienatus a sensibus carnalibus. Et simile dicit i libꝛo de videndo deũ: et sic nõ est ꝓtrariũ ei qꝺ ꝺ Nume. xxxij. Non videbit me homo et viuet. vñ Gꝛego. ibidem dicit in glo. A quibusdaz i hac carne viuentibus: sed in estimabili virtute crescentib' potest eterni dei claritas videri: non tamẽ videbit eum homo et viuet: qꝛ qui sapientiam que de' est videt huic mundo funditus moꝛitur. ¶ Ad. v. ꝺ cendũ q̃ in illo raptu paulus hoc modo vidit deũ ꝑ essentiam: sicut et de Moyse dictũ ẽ: vt ꝑ Aug. in libꝛo de videndo deũ: et. xij. sup Geñ. ad litterã Ut idem ꝓuilegiũ doctoꝛ gentiũ ⁊ magister iudeoꝝ ꝓsequerentur: q̃uis quidã dicant q̃ huiusmõi visio fuit media inter visionẽ vie et visionẽ patrie volentes q̃ non viderit deum per essentiã sed eminentissima contemplatione vie: cuius tamen ꝓtrarium videntur sonare verba sanctoꝝ. Scõm hoc tamẽ potest dici fuisse intermedia vtranq̃ cognitionem: quia in hoc q̃ vidit deum per essentiaz fuit supꝛa cognitiõem vie: in hoc vꝺ q̃ ex illa visiõe non fuit simpliciter beatus fuit infra cognitõnem patrie. ¶ Ad. vj. dicẽdũ q̃ visio intellectualis ẽ de his q̃ sunt in aia ꝑ sui essentiã nõ quocunq̃ mõ sz de his q̃ sũt i ea vt forme intelligibiles i intellectu sic autẽ non est deus in aia viatoꝛis per essentiam suam sed ꝑ similitudinẽ. Oꝺ autem ꝺ ab Aug. q̃ visio intellectualis est eaꝝ reꝝ quaꝝ similitudines nõ sunt aliud q̃ ipse ẽ referendũ ad obiectuz visionis non ad mediũ quo vi. ꝓstat eni q̃ mediuz quo intelligitur lapis est species eius in anima: que non ẽ ipsa lapidis essentia: sed ꝑ silitudinẽ lapidis pueniꝛ ad cognoscendaz ipsam eẽntiã lapidis: qꝛ obiectum intellectus ẽ q̃d. sed hoc nõ ꝓtingit in visiõe imaginaria vel coꝛpoꝛali: qꝛ obiectũ imaginatõis vel sensus non est ipsa eẽntia rei: sed accidẽtia que sunt extra: sicut coloꝛ et figura et huiusmõi. vnde etiã in visione intellectuali viatoꝛis nõ oz q̃ ipa diuina eẽntia sit mediũ quo vi sed q̃ ꝑ similitudinẽ aliquã ipius pueniat ad aliqualẽ diuine eẽntie cognitionem: non qua sciat q̃d est deus: sed qua scitur q̃d non ẽ. Uel ꝺ: q̃ Aug. etiã. xij. sup Geñ. ad lr̃am. vñ verba illa sumunt in glo. ij. Loꝛ. xij. inducit hoc ad oñendũ ꝺifferentiã intellectualis visionis ad alias visiones: hoc eni intellectualis ꝑ alijs habz q̃ potest cognoscere ea que sunt in intellectu ꝑ sui essentiam: non autẽ sensus vl imaginatio: nõ aũt seq̃t ꝓpter hoc q̃ intellect' nihil intelligat nisi ꝑ eẽntiam suã et q̃ nõ intelligat ꝑ silitudines aliãs ¶ Ad. vij. ꝺ: q̃ i omnibus potentijs ad inuicem oꝛdinatis hoc est necessariuz: vt vbi termiat actus ꝓioꝛis potentie incipiat actus secunde. vñ cuz voluntas ꝓesupponat intellectuz voluntas ferꝛ in illud in quod intellectus terminat: intellectus autez q̃uis deum in statu vie nõ nisi per effectus cognoscat: tamen eius operatio in ipsum deum termina tur scõm q̃tulãcũq̃ cognitionẽ quam de ipo accipit: ⁊ iõ affectus nõ indiget ad hoc q̃ referaꝛ i deũ q̃ redeat in illa media: sed põt statim in ipm deuz ferꝛi in quẽ intellect' ꝺcuenit. ¶ Ad. viij. ꝺ: q̃ etiam qñ aliquid vi ꝑ similitudinẽ alterius rei: potest ꝓtingere q̃ videẽs rem ꝑ mediuz cogitet de re imediate sine hoc q̃ eius cognitio conuertaꝛ ad aliquam aliam rem: qꝛ in illud medium non cõuertitur vt est res quedam sed vt imago illius rei que ꝑ ipam cognoscitur: idẽ autẽ est motus intellect' i in imaginem inq̃tum est imago ⁊ in imaginatum q̃uis alius motus sit intellectus in imaginẽ inq̃tũ est res quedaz et in id cuius est imago: et ideo qñ ꝑ similitudinem creature quam intellectus habz penes se non conuertitur in creaturam vt est resꝰ quedam sed solum vt est similitudo rei: tunc imediate de deo cogitat q̃uis non imediate deum videat ¶ Ad. ix. ꝺ: q̃ sicut dicit glo. sup illud psal. Diminute sũt veritates ⁊c. Ab vna veritate increata resultant multe veritates in animabus nostris: sic ab vna facie silitudines multe in speculo fracto: sive in multis speculis. et hec vitas in intellectu nro resultans ꝓmo et ꝓncipaliter ꝓsistit in ꝓmis principijs ꝑ se notis: et ideo qñ per ea de omibus alijs iudicamus nostꝝ iudicium est scõm primam veritatem: cuius est dictoꝝ ꝓncipioꝝ vitas silitudo. ¶ Ad. x. ꝺ: q̃ duplicater cognoscit aliq̃d alterꝺ: vno mõ sicut ex cuius cognitõne ꝺcenit in cognitionem alterius: et sic illud quo cognoscit ẽ magis notũ vt principia ꝓclusionibus: alio mõ sicut pficiens cognoscentẽ ad cognoscendũ siue sit forma: sic species lapidis in oculo pficit oculum ad viden'

dum: siue principiũ effectiuũ huius forme: sicut dr q oculus videt p solẽ: et hoc mõ id q̃ aliq̃d cognoscit nõ oz q sit magis notũ: imo possibile ẽ q ñ cognoscat: cognoscit eni p quandã inflexionẽ intellectus ab obieco cognoscibili in id qd erat cognitiõis pncipium: sic autẽ deo omnia cognoscimus: et iõ ratio non sequit. ¶ Ad. xj. dr: q verbũ Aug. intelligendum est q̃tũ ad hoc q nulla creatura interponitur inter mentem nostram et deuz qua mediante mens nostra a deo procedat in esse: vel qua mediante formetur per gratiam vel per gloriam sicut efficiente medio: nihil tamẽ prohibet quin aliqua forma creata mediante mens nostra a deo formetur: sicut gratia vl charitatis habitus: et sic per speciem creatam formatur mens viatoris ad videndũ deum. ¶ Ad. xij. dicendum q Auempethe posuit q intelligere essentias separataruz substantiarũ poterat puenire homini per scientias speculatiuas quas in hac vita addiscimus. Sed hanc positiõez impzobat Cõmen. in. iij. de ania. ex hoc q adhuc non sunt inuenta aliqua principia in quib' ad hoc peruenirí possit: qd nõ videt esse probabile: si ad hoc p principia sciẽtiaz speculatiuaz pueniri posset: et precipue cum omnis humana cognitio ad illam ordinetur: non enim esset probabile q species humana deficeret a perfectione naturali totaliter Et ideo dicendum q predicta positio impossibilis est: cuius ratio est: quia scientie speculatiue procedunt ex principijs per se notis que a sensu accipiũtur: vt dr i. ij. Posterioz. t iõ per illa nõ possum' deuenire in essentias illarum rerum que omes formas sensibiles excedunt. vnde per nullam scientiã speculatiuam quam nunc acquirimus scimus qd est deus: vel quid est angelus: nisi sub quibusdam similitudinibus magis cognoscentes de eis qd non sunt q̃ quid sunt: t propter hoc dicit Phus in pncipio Meta. q scientia de deo non ẽ humana possessio: quia scz eam ad plemũ habere nõ possum'

¶ Ad. xij. dr: q corpus non potest esse corruptibile: nisi quando anima non plene corpori dominatur: si eni plene ei nõ dominaret suã incorruptionem ei pferret: et iõ in statu corruptionis oportz q aia cognoscat scdm exigẽtiã corpis. s. accipiendo a sensib': tali autẽ mõ cognitionis de' p essentiã videri nõ põt: vt ex dictis pz: et scdm hoc status corruptionis repugnat visioni dei p essentiam.

DEinde queritur de delectatõe. Et circa hoc q̃rũt quinq

¶ Prio qd sit delectatõ. ¶ Scdo q̃ sit cã delectatõis. ¶ Tertio de ppatõne delectatõis ad tristiciã. ¶ Quarto de bonitate et malicia delectatiõis et tristicie. Quinto de ppatõe delectatõis spualis ad corpalem

HAd primum sic pro

ceditur: vr q delectatio non sit passio: omnis enim passio in motu pfistit: vt dr in libro. vj. principioz sed delectatio nõ est motus neq; generatio aliqua vt dicit phus in. vij. Ethic. ergo delectatio non est passio. ¶ D. opatio non est passio sed magis actõ cum sit existentis in actu scdm q huiusmodi. sed delectatio est quedam operationis perfectio: vt dr in. x. Ethic. ergo delectatio non est passio. ¶ D. in omni passione trahit patiens ad terminos agẽtis quia agens assimilat sibi patiens. sed causa delectationis est conueniẽtia: et ita illud quod delectatur in suis terminis manet. ergo delectatio non est passio. ¶ Sed contra: gaudium et delectatio sũt vnius generis. sed gaudiuz est passio: ponitur eni vna de quatuor principalibus passionibus: vt patz. ix. de ciui. dei. ergo et delectatio est passio. ¶ D. delectationis obiectum est bonum. sed bonum est proprium obiectum appetitus. ergo delectatio ad appetitum pertinet. sed alia que pertinent ad appetitum sunt passiones: vt amor: ira: et huiusmodi. ergo et delectatio est passio ¶ Lteriꝰ videtur q in parte intellectiua anime et in aliqs substantijs spiritualibus delectatio esse non possit: quia vt dicit in. vij. phycoz: Omnis passio est in parte aie sensitiua. sed delectatio est passio vt probatum est. ergo non potest esse in parte intellectiua: nec in substantia aliqua spirituali. ¶ D. Auicenna dicit in vj. de naturalibus: q subiectum delectatõis ẽ species corporalis. sed pars intellectiua non vtitur aliquo corporali organo. ergo in ea non potest eẽ aliqua delectatio. ¶ D. illud quod est intellectiue ptis non est cõmune nobis et brutis. sed delectatõ ẽ etiam in brutis. ergo delectatio non est intellectiue partis. ¶ Sed contra est quod dicitur Luce. xv. Gaudiuz est angelis dei super vno peccatore penitentiam agente. ¶ D. phus dicit in. vij. Ethic. q deus semp vna et simplici opatione gaudet. ergo et eadẽ rõne in aliqs substantijs spualibus põt esse delectatio ¶ Lterius vr q delectatio sit in tempe delectatio eni consequit operationẽ nostrã: vt dicitur in. x. Ethic. sed operatõ nostra est in tempore. g̃ et delectatio est in tempe. ¶ D. omẽ illud i quo est accipe pus et posterius est in tempe. sed in delectatione est accipe pus et posterius cuz aliquis per longam horam possit pdnue delectari. ergo videt q delectatio sit in tempore. ¶ D. delectatio aliqs passionibus condiuiditur. sed alie passiões anime sunt in tempore: vt ira et huiusmodi. ergo et delectatio. ¶ Sed contra est quod phus dic i. x. Ethicoz. scdm nullum tempus acciperet quis delectationem. ¶ D. delectatio sequitur apprehensionẽ conuenientis. sed visio et alie apprehensiones nõ sunt in tempe sed in instanti. ergo et delectatio nõ mensuratur tempore ¶ Lterius videtur q delectatio et gaudiuz sint penitus idem: et similiter exultatio et leticia et iocunditas: passiones enim et

habitus penes obiecta distinguunt. sed gaudiū et delectatio & alia supra dicta hñt idē obiectum: scz bonū ꝓueniens. ḡ sunt idē. ¶ D. ab eadē cā procedit idē effect⁹: qz idē sp natū ē idē facere. sz delectationis et gaudij nō pōt poni nisi vna et eadem cā: scz ꝓiunctio ꝓueniētis. ḡ sunt idē. ¶ D. vnum vni opponit. sed delectationi et gaudio opponit vnuz qō ē tristicia. ḡ delectatio et gaudiū sunt vnū oino ¶ Sed ꝫ est quod dicit Auicenna in. vj. de naturalibus: q gaudiuz est species delectationis. ḡ non sunt oino idē. ¶ D. si gaudiū et delectatio essent oino idē: vbicūqz ē delectatio eēt et gaudium: hoc aūt falsū ē: qz in sensu dī eē delectatō: sz nō gaudiū ꝓprie loquēdo. ḡ delectatio et gaudiuz nō sūt penitus idē. ¶ Ideo dō ad. j. q. q quelibet res qñ pting it ad ppriā pfectionē ꝓsequit stabilimētū et vigorem: sicut corpora qñ peruenīūt ad termios mot⁹ sui naturalis: qz in loco naturali ꝓseruant: cū aūt motus penes terminos distinguant: oportet q diuersum iudicium de peruentōne ad terminū complementi accipiat scōm differentiaz mot⁹. Mouet autē aliquid ad suā pfectionem dupliciter: vno modo p inclinationē naturalē: sic lapis mouet deorsū & hic mot⁹ nō ꝑexigit cognitōz i eo qō mouet: sz i alio quod est principium causans hanc inclinationem et hic est motus naturalis: alio modo per inclinationem cuius principiū ē cognitio eius qō mouet: et hec quidem inclinatio dī appetitus aialis aut intellectualis. vnde sicut in terminatione motus naturalis est quedam vigoratio naturalis eius quod mouet: ita in assecutiōe pfectionis in quam tendit appetitus aialis: est quedaz quietatio ipsius seu vigoratio eius ꝓsupponēs cognitionē perfectionis iam ꝓiuncte: sicut appetit⁹ ꝓsupponebat cognitiōz pfectionis nōdum habite: et talis vigor siue quietatio appetitus vocat delectatio. vñ etiaz Cōmen. dicit in. x. Ethic. q delectatio est quedā supflorituō nature. Est aūt duplex appetitus sicut et cognitio scz sensitiue et intellectiue ptis: appetit⁹ autē sensitiue partis est virtus in organo corpali et est imediatum principiū corporalis motus. vñ oia q̄ accidūt in appetitu sensitiuo sunt ꝓiuncta cū quadā transmutatione corpali: quod nō accidit in his q̄ sunt i appetitu intellectiuo nisi passione large accepta et improprie: vt in. iij. li. di. xv. dictum est. vñ delectatio que est in appetitu sensitiuo quedā passio ē: nō aūt delectatio q̄ ē in intellectiuo nisi passiōe large accepta. ¶ Ad. j ḡ dō: q nō est incōueniēs motuz per accidens terminari ad alium motū: q̄uis hoc per se sit impossibile: vt probatur in. v. Phycor. delectatio ḡ inq̄tum huiusmōi semp ꝓsistit in aliqua terminatiōe motus: sed tñ qz in terminatione motus appetitiui ꝓsurgit quidam motus in q̄ passio aialis ꝓsistit iō passionē inesse accidit delectatōni: sed inest p se delectationi sensitiue. ¶ Ad. ij. dicendū q q̄uis opatio inq̄tuz opatio nō sit passio tñ potest hīe passionē annexā vel sicut precedentē vl sicut subsequentē: vt precedentē quidē: sicut sentire hz annexam receptionē speciei sensibilis & itelligere receptionem speciei intelligibilis sm q oīe sentire quoddam pati est sed vt ꝓsequentē sic operationē appetitus sensitiui ꝓsequit q̄dā corpaliter trasmutatio sm dilatatōz et pstrictionē cordis & alia huiusmōi: et sic q̄uis delectatio inq̄tū est delectatio sit circa operationē: tñ inq̄tū est delectatio sensitiua est in passiōe q̄dā ꝓsistens. ¶ Ad. iij. dō: q delectatus includit terminis sue pfectionis ex q̄ delectatō ꝓsurgit: q quidē termini sunt alieni hoc modo quo differt perfectio et perfectibile: sūt aūt ppij scōm q perfectio est ꝓnaturalis perfectibili. ¶ Alia duo ꝓcedimus q̄tuz ad delectationē sensitiuam ¶ D. ij. q. dō: q delectatio inuenit diuersimode in deo angelis hominibus et brutis: scōm q diuersimode se hñt ad suas perfectiones ex quarum ꝓiunctione delectatio consurgit: bruta eni nō pñt ptingere ad altiorē pfectionē q̄ sit pfectio materialis. vñ eam ꝓsequunt materiali motu qui scz est p organū corporale: et sic delectatio in eis cōsurgens est materialis passio: in angelis vō cū sint oino a materia separati nō est accipere aliquā materialem perfectionē sed imaterialē tantuz: vñ et imaterialiter eā ꝓsequūt et delectatio in eis ꝓsequēs imaterialis est. vñ dicit Dio. i fine ce. hierar. q celestes dispositiones: idest angeli acceptrices nō sūt oino eius que scōm nos est passibilis delectationis: homines vero ex spūali et materiali natura cōpositi sunt: & ideo q̄tum ad inferiorem partem. s. appetitum sensibilem: in quo cum brutis conueniunt est delectatio materialis: in superiori vero appetitu i quo cum angelis conueniunt habent delectatiōez imaterialem vt cum gaudēt de rebus spiritualib⁹: puta de ꝓtemplatōnibus et alijs diuinis donis. vñ dicit Dio. ibidem: q in participatiōe angelice delectationis sepe facti sūt et viri sancti per deificos diuinarum illuminationuz supaduentus. In omīb⁹ autē predictis perfectio ē aliud ab eo qō pficitur. vñ possibile ē plures pfectiōes vni inesse: & ideo tā in brutis q̄ in homībus et angelis sūt multiplices delectationes eis supuenientes. sed deus non habz perfectionem que non sit idem quod ipse cum ipe sit actus purus: et iō vnica tm̄ est eius delectatio ñ supueniens sed essentialis. vñ dicit phs i. vij. Ethi cor: q deus semp vna et simplici gaudet delectatione. ¶ Ad. j. ḡ dō: q i. appetitu intellectiuo nulla ē passio sed soluz in appetitu sensitiuo: qz qō patitur ab alio mouet et ducit: appetit⁹ aūt intellectiuus cū sit liber sui nō ducit sz ducit: sz appetit⁹ sensitiuus ducit. vñ in eo solo passio cadit: delectatio vō q̄ ē i appetitu intellectiuo nō ē passio: sz quedā opationis pfectio: vt dictū ē. ¶ Ad. ij. dō: q Auicenna loq̄t de delectatiōe sensitiua q̄ p organū cōpletur corpale: sicut & cetera q̄ ad sensitiuā ptē pti

nent. ¶ Ad.iij.dō:q illa que sūt cōia nobis ⁊ brutis ſm vnā rōem nō ptinēt ad intellectiuā ptē:sed aliq̄d ē cōe nobis ⁊ brutis nō ſm rōnem eandē qđ ī nobis ad intellectū ptinet sic̄ cognitio et alia huiusmodi que ſcđm quādā cōitatē analogie extenđūt a deo vsq; ad bruta aialia vt cognitio:et etiaz vsq; ad plantas vt vita:et etiaz vsq; ad lapides vt ē:vt pz p Dio.de dī.no.et ſcđm hoc delectatō ſpiritualis hz cōitatē cū delectatiōe que est in brutis. ¶ D.iij.q.dō:q aliquid dī ē in tpe ouplicit:vno mō p ſe:alio mō p accidēs: qz aūt de rōne tempis est ꝓius et posterius:et illud per ſe inest alicui qđ ꝓuenit ei ſcđm rōem ſue ſpeciei:iō illa p ſe ī tempe sunt in quibus requirit aliq̄d ad ꝓplementū ſpeciei quod in futuz expectat:⁊ hoc modo motus est in tempore:non enim completur ſpecies motuſ in medio niſi perueniat ad terminuz.et ſimiliť etiam quies est in tpe eo q; quieſcere ē eodē mō ſe habere nūc vt ꝓius:et ſic de rōne quietis est vt aliq̄d in futuz expectet. Per accns vō aliquid in tpe eē dī ad cuius ſpeciei complementuz nihil requiritur quod in futurum expectetur ſicut eſſe hominē quod in vno inſtanti ꝓpleť ſed est ꝓiunctū motui qui per ſe est in tpe,put eſſe hominis variabile est: delectatō autē ad ꝓplementuz ſue ſpeciei et rōnis nihil in futuz expectat:in inſtanti enī veruz est dicere hominem delectari.vnde non est in tempore niſi p accidens:inq̄tum ſcz pfectio illa ex cuius cōiunctione ſurgit delectatio motui cōiuncta est:et iō ſi ſit aliq̄ perfectio quā motus nō ꝓtingat:taliſ delectatio nō erit in tempe neq; per ſe neq; per accidens:⁊ hec ē ſpiritualis delectatio in angelis:in brutis aūt ē delectatio exiſtens in tempe p accidēs:inq̄tum eoruz pfectionibus motus directe cōiungit.ſz i nobis delectatio non est in tempe quo ad intellectiuam ptē etiam per accidens niſi valde indirecte:inq̄tum.ſ. operatio intellectus noſtri coniungitur fantaſmatibus:tñ vez est nullam delectationem eſſe in tpe p ſe loquendo. ¶ Ad.j.ğ dō:q delectatio imediate ꝓſequitur operatiōes anime:que ſunt apprehēdere et velle:he aūt opationes non ſunt in tempe niſi per accidens:videre enī ⁊ intelligere ⁊ velle ſtatim ſunt. ¶ Ad.ij.dō:q aliquis dicat diuti' alio delectari:non eſt niſi inq̄tum delectatio eſt in tempore per accidens:ſicut etiam dicit homo diutius videre vel viuere. ¶ Ad.iij.dō:q etiaz alie anime paſſiones q̄tū ad id quod est ex parte anime non ſunt in tempore niſi per accidens:inq̄tum ſcilz eis cōiungitur motus ex parte corporis: tñ delectatio magis habz rationem q; non ſit in tempore q̄ alie paſſiones:quia alie paſſiones conſiſtunt in appetitu ſcđm q; tendit in aliquid:ſicut ira in vindictā et odium in nocumentū alterius.ſed delectatio cōſiſtit in appetitu ſcđm q; eius motus in ſuo appetibili adepto terminat:oīs aūt terminus motus nō ē in tpe ſz in inſtanti ¶ D.iij.q.dō:q delectatio:gaudium:leticia:⁊ omnia huiuſmodi:hoc habent ꝓmune q; cauſant ex ꝓiunctione pfectiōis appetite. Perfectio autē aliqua pōt alicui ꝓiungi dupliciter:vno mō realiter:alio mō ſcđm ꝓprehenſionem eius:ex hoc autē q; pfectio realiter ꝓiūgitur ꝓſurgit delectatio:ex hoc autē q; ꝓiungit ſcđm apprehenſionē ſurgit gaudiū ⁊ oīa alia:⁊ ꝓpter hoc etiā gaudiū est ō ſpe futuroꝝ et memoria ꝑteritorū.ſed delectamur de pñtibus tm̄: ideo etiaz quia ſenſus exterior non apprehēdit rem niſi pſentem ſcđm eum non dicimur gaudere:ſed delectari:ſenſus autē interior apphendit et rem pñtem et abſētem.vñ ſcđm ſenſuz interiorē dicimur et delectari et gaudere:delectari quidē de eo q; ſibi ſua pfectio ꝓiungit:ſicut de ipſa ſua opatōne:de qua etiam et gaudet inq̄tum eā apphendit.ſed de opatōne ſenſus exterioris que ſibi nō ꝓiungit niſi apphenſiōe pōt quidē gaudere ſed nō delectari:ſicut ſenſuſ interior vel intellectus nō delectat in comeſtiōe dulcium:ſed pōt gaudere de hoc inq̄tū hoc apprehēdit vt ꝓueniēs exteriori ſenſui:letícia vero et exultatio et iocūditas exprimūt quoſdā gaudij effect' letícia quidē effectū interiorē ſcđm q; ipſe affectus dilatat q̄ſi roborat⁹ et pfect' ex appetibilis ꝓiunctiōe.vñ et paſſio gaudij cū dilatatiōe cordis pficitur:dī enī letícia q̄ſi laticia.ſed exultatio exprimit vlterius effectū gaudij exterius prumpētem i ſignū interioris gaudij. vñ dī exultatio ex hoc q; interi' gaudiū ad exteriora pdit:qđ ex magnitudine gaudij interioris ꝓtingit.vnde dicit Laſſiod.ſup pſal. q; exultatio in magnis gaudijs dī. Jocunditas vō vlterius importat effectū gaudij exterius prumpētem qui nō ſolū demōſtrat interius gaudiū ſz etiā excitat aliquos ad gaudēdū. ¶ Ad.j.ğ dō:q gaudium et delectatio licz habeāt vnū obiectū ſm rē non tñ est vnum obiectum ſcđm rationē: bonum enī ꝓiunctū realiter facit delectationē:ſed ꝓiunctū ſcđm apphēſionē facit gaudiū:letícia vō exultatō ⁊ iocūditaſ ſūt idē qđ gaudiū:niſi q; exprmūt q̄ſdā gaudij effect': vt dictū ē. ¶ Ad.ij.dō:q idē est cā delectatōnis et gaudij:ſed non eodē ordine:primo enī et per ſe est cā delectationis:ſecūdario vō est cā gaudij.nūq; enī ad aliquid apphēſuz facit gaudiū niſi inq̄tum eſtimat vt ꝓiunctū vl ꝓiūgibile ſcđm rem ad faciendum delectationem:et ideo ꝓiunctō perfectionis primo et per ſe facit delectatiōem:ſed inq̄tum apprehendit vt delectationem faciens facit gaudiū etiā q̄ delectationē actualiť nō cauſat vñ delectatio naturaliť prior ē gaudio. ¶ Ad.iij.dō:q gaudio opponitur directe triſticia:delectationi aūt opponitur dolor:ſcđm q; delectatio est in ſenſu exteriori et ꝑcipue in tactu: ſz ſcđm q; est interius nō hz aliud oppoſitū q̄ triſticiā:poſſz tamē hīe ſi eſſet nomē poſitum.

¶ D ſecūdum ſic ꝓo

cedit: vñ q causa delectationis non sit sola opatio ꝓnaturalis habitus nõ impedita. dicit enī Auicē. in li. de naturalibus: q delectatio ꝓsurgit ex perceptione ꝓuenientis adiuncti. sed nõ sola opatio ē ꝓueniens: sed multa alia. ꝯ nõ sola opatio est delectationis cā. ¶ Ꝑ. idē nõ est ꝓpriꝫ cā. sz opatio aliqñ ē cā tristicie etiaz ꝓpria ꝛ ꝓnaturalis. vñ acidia que quedā tristicia ē etiā ꝓsurgit ex spūalibus opibus ꝯ opatio nõ ē ꝓpria delectationis cā. ¶ Ꝑ. si aliqd est causa alicui⁹: continuatio eius cā est continuationis illius. sed cõtinuatio opationis nõ est cā cõtinuatõis delectationis: imo ꝓtinuatio opatiõis frequēter parit fastidiū et opatões in sui nouitate sūt magis delectabiles. ꝯ opatio nõ ē cā delectationis. ¶ Ꝑ. quies opationi opponit. sed quies delectatõnem causat. ꝯ opatio non ē ꝓpria cā delectationis. ¶ Ꝑ. senes sūt attẽtiozis opationis q̄ iuuenes. sed i senib⁹ est min⁹ de delectatiõe q̄ i iuuenib⁹: vt pz p phm in. vij. Ethic. ꝯ opatio nõ ē cā delectationis. ¶ Ꝑ. si opatio esset cā delectatiõis simili se haberent ad delectationē qui sitr se hñt ad opationē. sz aliqui q̄ sitr opant non sitr delectant: melancolici enī min⁹ delectant q̄ sanguinei. ꝯ vī q operatio nõ sit p se delectatiõis causa. ¶ Sz ℞ est quod phus dicit in. vij. Ethic. q delectatõ est opatio ꝓnaturalis habitus: nec hoc pōt intelligi nisi causalit. ꝯ operatio ē delectatõis causa. ¶ Ꝑ. vnū quodq; distinguit scōm distinctionē sue cause. sz delectatões distinguunt p distinctionē opationū: vt patz p phm in. x. Ethic. ꝯ opatio est delectationis causa. ¶ Ꝑ. habitus non cognoscit nisi per operationē vel per aliqd p opationē causatū. sz habitus cognoscit ex delectatõe: vt dī. ij. Ethic. signū oz accipe habitus fientē in ope delectatiõem. cum ꝯ delectatio nõ sit ipsa opatio: vī q sit ex opatione causata. ℞ ideo dicendū q sicut aia est forma corporis: ita in his q̄ sūt cõia aie et corpi id qõ ex pte aie se hz ē formale qõ vo ex pte corpis materiale: sicut i ira appetitus vindicte ē formale: accẽsio sanguis circa cor est materiale. cum ꝯ delectatio scōm q est passio sit ò cõi bus anie et corpis causa eius pōt queri duplex: formalis ex pte aie: et materialis ex parte corpis. sed q delectatio scōm q se tenet ex parte aie hz rõem quasi cõem q̄tum ad oīs in quibus delectatio inuenit. s. deum angelos ꝛ hoies et bruta. scōm autē q se tenet ex parte corpoꝛis: manet tm̃ i parte anie sensitiua: iõ causa formalis delectatiõis est cā delectationis cuiuscūq; nõ autē causa materialis ipsi⁹ Patz etiam q scōm formā est aliquid actu: sz scōz materiam est aliquid in potentia: et scōm materie dispositiões ē aliqd in aptitudine vl habilitate ad actum: et iõ scōm materialē causā delectatiõis scit quõ aliquis sit dispositus ad delectationē: sz scōm causā formalē ipsius apparet qualit aliqs actu delectet. Formalis igit cā cuiuslibet passionis vel operationis est obiectū ipsius: obiectum autē delectationis est bonum ꝓueniens ꝓiunctum: ex eo enī q delectatõ est in parte appetitiua oz q eius obiectū sit bonum: ex eo vero q est appetit⁹ iam terminati in suo obiecto oportz q sit conueniens etiam coniunctum. hoc autē bonum quod est ꝓpriū delectationis obiectum est operatio precipue ꝓpter tres ratiões: Primo qz cū delectatio ꝓsistat in quietatione appetitus: motus autē appetitus sit in bonuz oportet q quies ipsius et delectatio sit in vltio bonoꝛ: vltimum autē et pfectissimū quod ē in vnoq; qz est sua operatio. vñ ois forma inherens comparat ad opationē quodāmodo vt potentia ad actū ꝓpter quod fora dī actus ꝑmus vt scia: et opatio actus secundus vt considerare: vt patz in. ij. ō aia Secundo quia cū delectatio sit in appetitu et ois passio vel operatio appetitus ꝑexigat apprehensionem: oporteret q bonū ꝓiunctū quod delectationem causat sit apprehensū: dispositio autē que est iam inherens a nobis nõ apprehenditur ita sicut dum est in fieri: vt Auicēna dicit in. vj. ō naturalibus. vñ Ethici minus sentiūt calorem febrilem q̄ alij febricantes: q̄uis in eis febris sit intensioꝛ: quia iam caloꝛ ille ē infusus mẽbris q̄si ꝓplexio illoruz: et hoc iõ: qz nostrū sentire et intelligere sūt ex aliq̄ pmutatione intellectus ꝛ sensus a suis obiectis: ab eo autē qõ iam in se q̄escit nihil imutat. vñ cū esse nostꝛ et viuere nostꝛ ꝛ oīs actus ppriꝰ insint nobis vt in nobis quiescẽtes: sola autē opatio insit in nobis vt in fieri existens: in ipsa opatione ꝑcipim⁹ et esse nostꝛ et viuere nostꝛ: et inde ē q in operãdo delectamur: et in vidẽdo et sentiẽdo et alijs humodi in quibus indicat quodāmodo nostꝛ esse ꝛ viuere: vt patet per phm in. x. Ethic. Tertio quia operatio procedit ex his bonis que in nobis sunt: et quodāmodo in se ꝓtinet sicut effectus causam: p eā etiaz bonis exterioꝛibus cõiungimur. vñ oīe bonum quod a nobis ē diligibile quietat nr̃m appetitum mediante operatõne. vnde operatio est p se causa delectationis: non autem omnis operatõ est delectatiõis causa: sed illa que ē ab habitu ꝓcedens et non impedita: bonū enī cõiunctum nõ delectat nisi in q̄tum est cõueniens: operatio autē efficitur nobis cõueniens et quasi cõnaturalis per habitum: quia habitus inclinat in actum per modū nature: vt Tullius dicit de virtute: et ideo dī in. ij. Ethic. q delectatio in opere facta est signū habit⁹ inherentis. Quãuis aũt operatio cõnaturalis nobis fiat scōm habitū: tamē pōt esse nobis non conueniẽs rõne alicuius accidentis: in q̄tum videlicet habemus aliqua impedimenta ꝓgrediendi in talē operationē. vñ oportz operationē que delectationem causat esse nõ impeditã: et hoc ē qõ dic phus in. vij. Ethic. q nõ in operatione connaturalis habitus nõ impedita delectatio ꝓsistit. sic ꝯ cā formalis ꝓpa delectatiõis ē opatio ꝓnaturaľ hitus ñ impedita: materialis aũt cā delectatiõis accipiẽda est

ex pte subiecti eius: subiectū autē delectatōis ⁊ omniū aie passionū ē spūs aialis q̄ ē primū instrumētum aie in operationibus que p corpus exercētur Ad hoc autē q̄ spiritus aptet ad delectationē duo requirūt: scz debita q̄titas ⁊ debita q̄litas. Quātitas quidem debita est vt sit abundantia spirituuz propter duo. Primo q̄ spiritus abundans in q̄titate abundat etiam in virtute. Secundo quia cuz ad passionē delectationis requiratur dilatatio cordis ⁊ spirituum: non potest delectatio perfici quādo sunt pauci spiritus: quia natura cōstringit eos et retinet in suo principio. sed quando sunt multi spiritus: natura potest retinere partem in pncipio suo et effundere abunde ad dilatationem: et ideo conualescentes in quibus sunt pauci spiritus sunt pni ad tristiciaz magis q̄ ad delectationē. Debita v:ro qualitas attēditur q̄tum ad tria. Primo vt sit temperate cōplexionis: et ideo egri nō sunt apti ad delectationem. Secundo vt spiritus sit clarus et non nubilosus: et ideo melancolici in quib' sunt spiritus terrestres et obscuri sunt proni ad tristiciam. Tertio vt eius substantia sit mediocris inter spissitudinez et tenuitatem: si eni sit nimis grossus sicut in senibus: vel nimis tenuis sicut in macilentis: nō est aptus ad delectationē: q: nō ē facile dilatabilis. Et ppter has causas vinū letificat: quia generat multos spiritus claros tpatos et mediocres inē spissitudinē et tenuitatē. Quāto g̃ fuerit maior dispositio ex pte materialiū causaz ad gaudiū vl tristiciā: tanto min' quid requirit ex pte cāe formalis et cōuerso: et ió quidā ex modica occasiōe letā t:r vel tristant: q̄dā vo non nisi ex magna. ¶ Ad j. g̃ dō: q̄ q̄uis mlta alia sint cōueniētia q̄ opatio: tñ ex oib' eis nō psurgit delectatio nisi opatiōe mediante: q: exteriora pueniētia nobis p aliquā opationem coniungunt: interiora vero in operatiōib' apprehendunt. ¶ Ad ij. dō: q̄ non quelibet opatio est delectationis cā. sz opatio cōnaturalis habitus nō impedita: et ió q̄n cogimur ad aliq̄s opationes q̄rias habitibus qui nobis insunt vel in quib' impedimēta patimur: rōne quoz accidit nobis fatigatio et labor: in huiusmōi opationibus nō delectamur sed ptristamur. ¶ Ad iij. dō: q̄ triplex rō ē quare nō sil'r delectamur in pcessu opationis sic in principio. Primā assignat phūs in. x. Ethic. q: scz cū operatio sit delectationis cā: q̄to aliq̄s attentius opatur tanto maior delectatio ex operatione consurgit: homo autē in pncipio opationis attentior ē ad operatiōem q̄ i pgressu: oia eni noua magis ad se nostrā intentionē trahūt: et ió in pgressu operatiōis q̄n aliquis negligētius intendit opatiōz non sentit tantā in opere delectationē. Secundaz ponit in. vij. Ethic. q̄ etiā est rō premisse: oz enim i nobis delectationē eē scōm moduz nature nostre: vñ cū nostra natura sit mutabilis: nō erit nobis sp idem delectabile: q: iam mutati crimus a pristina dispositōe: et sic post pauca non erit nobis cōueniens quod pus pueniēs erat: et ió q̄ pus erat delectabile fit nobis minus delectabile vel etiam triste et hec etiā est rō quare ptinuitas vnius rei i nobis fastidiū parit: alternatio vo delectat. In deo vo q̄ semp eodē modo se hz: est sp eadem operatio delectabilis: nec aliqua alternatione delectat: ⁊ similis rō est de angelis ⁊ homibus beatis. Tertia rō pōt sumi ex vbis Auicēne in. vj. de naturalib': cuz eni ad delectationē redrat pueniētis pceptio: q̄to aliquid minus sentit tanto minus est delectabile: res autē in sui nouitate magis sentiunt: q: postmodū eoz dispositio fit q̄si q̄litas quedā inherēs sentiētibus. vñ fabri qui sonitū malleoz psuecrūt audire: nō ita mouent a talib' sonis sicut alī: ⁊ ió in pncipio opationis hō magis delectat q̄ postmoduz i pcessu ipsius ptinuate: q̄uis forte in pcessu opatō sit intensioz. ¶ Ad iiij. dō: q̄ q̄uis opatio scōm se sit delectabilis: tñ in q̄tū adiūgit ei motus q̄ fatigationem inducit est aliquo mō penosa et ptristans: vñ et per accns quies est delectabilis in q̄tuz tollit contristatiōis cām scz motū. ¶ Ad. v. dō: q̄ q̄tuz ad cām materialē delectatōis sences sunt min' apti ad delectationē q̄ iuuenes: et ió etiā ex maiori causa formali non tantū afficiunt ex delectatiōe sicut iuuenes ex minori: loquendo de delectatione q̄ est passio: que scz in appetitum sensibilē redundat: et magis sensibilis est nobis: sic sulphur modico igne accendit: q: est ad hoc aptū: ligna vo que sunt ad hoc minus apta maiore igne non accenduntur: tñ spiritualis delectatio que non est passio: nō minor ē in senibus q̄ in iuuenibus. scz forte maior. ¶ Ad vj. dō: q̄ illi qui similē operationem exercēt q̄nq̄z nō eodem modo delectāt quod potest contingere et ex parte cause materialis: q: non habent spiritus similiter ad operationē dispositos: et ex parte cause formalis: q: eadē operatio vni est conueniēs per habituz sibi inherentem et alteri nō est conueniēs qui habitum non hz: imo forte est ei contraria si cōtrarium habitum habeat: et ppter hoc dare q̄ō est liberali delectabile est auaro triste.

Ad tertiuz sic proce

dit: vi q̄ delectatōi tristicia non sit q̄ria: passiones eni distinguūt scōm suas cās. scz cā tristicie ē mor' et labor: vt dicit phūs i. vij. Ethic. vñ iuuenes q̄ sunt i motu delectatiōes appetūt q̄si medicinas q̄ tristiciā: cā autē delectatōis est operatio: motus autē ⁊ operatio non sunt contraria. cū aliquādo ad inuicem coniungant. g̃ nec delectatio tristicie contrariatur. ¶ D. vnum contrarioz nō est materia alterius. sed delectatō potest esse materia tristicie: quia vt dicit phūs i. ix. Ethic. Prauus post parum tristatur: de hoc q̄ delectatus est. similiter etiam tristicia est materia delectatōnis et gaudij. vñ et penitenti indicit vt sp doleat: ⁊ de dolore

quem ꝓtinentia facit diuersi fructus distinguunt. Est eni quedã spũalitas necessaria: et quedaz sup' abundãs. Necessaria quidẽ spũalitas est in hoc q̃ rectitudo spũs ex delectatiõe carnis nõ puertatur quod fit dum aliquis scõm rectum ordinem rationis vtitur delectabilib' carnis: ꝛ hec ẽ spiritualitas coniugatoꝝ. Spiritualitas vo supabundans est p quam homo ab huiusmõi delectatõnibus carnis spiritum suffocãtibus oĩno se abstrahit. Sed hoc contingit ꝓpliciter: vel respectu cuiuslibz tempis preteriti presentis et futuri: et hec est spiritualitas virginum: vel scõm aliquod tpus: et hec est spũalitas viduaꝝ. Seruantibus g̃ ꝓtinentiã ꝓiugalẽ dat fructus tricesimus: vidualẽ sexagesimus: virginalẽ centesimus: ratiõe illa quam Beda assignat: q̃uis possit et alia rõ assignari ex ipa natura numeroꝝ tricenarius eni numerus ex ductu trinarij in denariũ surgit: ternarius eniz est numerus oĩs rei: vt oĩ in .j.ce. et habet in se perfectionem quandã oĩbus cõem. s. principij medij et finis. vnde ꝓueniẽter tricenarius numerus cõiugatis assignat: in quib' sup obseruationẽ decalogi qui p denariũ signat nõ addit aliqua pfectõ nisi cõis: sine qua non põt esse salus. Senarius aũt ex cuius ductu in denariũ sexagenarius surgit: hz pfectionẽ ex partibus: cum cõstet ex oĩbus ptibus suis simul aggregatis. vñ ꝓuenienter viduitati rñdet in qua inuenit perfecta abstratio a delectabilibus carnis q̃tũ ad oĩa circunstantias que sunt quasi ptes virtuosi actus: cũ nulla eni persona et nullo loco delectabilib' carnis viduitas vtit: et sic de alijs circũstantijs carnis quod nõ erat in ꝓtinentia ꝓiugali. Sz centenari' ꝓueniẽter rñdet virginitati: qz denarius ex cui' ductu centenarius surgit ẽ limes numeroꝝ: ꝛ similiter virginitas tenet spũalitatis limitẽ: qz ad eam nihil ò spiritualitate adjci põt: hz eni centenarius inq̃tũ est quadratus numer' pfectionẽ ex figura: figura eniz quadrata scõm hoc perfecta est q̃ ex omni parte equalitatem hz: vtpote hñs omnia latera equalia vnde competit virginitati in qua q̃tum ad omne tpus equaliter incorruptio inuenit. ¶ Ad. j. g̃ od: q̃ ibi fructus nõ accipiũt hoc mõ sicut hic de fructibus loquimur: vt ex dictis patz. ¶ Ad. ij. od: q̃ nihil cogit ad ponendũ fructũ eẽ premiũ non oib' saluandis conueniens: nõ solũ eni essentiale p̃miũ cõe est oĩbus sed etiã aliquod accidẽtale: sicut gaudiũ de opibus illis sine quib' nõ ẽ salus. Potest tñ dici q̃ fructus nõ oĩbus ꝓueniũt saluãdis: sicut pz de his qui in fine penitẽt et incontinẽter vixerunt eis' eni non fructus sed essentiale premiũ tm̃ debet. ¶ Ad. iij. od: q̃ distinctio fructuuz magis accipit scõm species vel figuras numeroꝝ q̃ scõm q̃titates eoꝝ: tñ etiã q̃tum ad q̃titatis excessum põt aliqua rõ assignari: ꝓiugatus eni abstinet tantũ a nõ sua: vidua vero a suo et a non suo: et sic inuenitur ibi quedã rõ dupli: sicut sexagenari' est duplex ad tricenarium: centenarius vero supra sexagenariũ addit quadragenariũ q̃ cõsurgit ex ductu quaternarij in denariũ: quaternarius autẽ est p̃m' numerus solidus et cubicus: et sic conuenit talis additio vginitati que supra perfectionẽ viduitatis ꝓpetuã incorruptionẽ adiungit. ¶ Ad. iiij. od: q̃ q̃uis illa repsentatio numeroꝝ sit ex humana institutione tamen fundatur aliquo modo supra rem naturaz inq̃tum scõm ordinẽ digitoꝝ et articuloꝝ et ꝓtractuum numeri gradatim designãtur.

¶ Ad tertiuz sic ꝓceditur: videt q̃ ratiõe virginitatis non debeat aureola: vbi enim est maior difficultas in ope ibi debet maius premiuz. sed maiorẽ difficultatem patiunt in abstinẽdo a delectabilib' carnis vidue q̃ virgines: dicit enim Hiero. q̃ q̃to maior est difficultas ex parte quadã a voluptatis illecebris abstinere: tanto mai' est premiũ: et loquitur in cõmendationem viduaꝝ. Phus etiam dicit i libro de animalibus: q̃ iuuenes corrupte magis appetunt coitum ꝓpter rememorationem delectationis. g̃ aureola que est' maximũ p̃miũ debet magis viduis q̃ virginibus. ¶ P. si vginitati deberet aureola vbi esset pfectissima virginitas maxie inueniret aureola. sed in btã vgine ẽ pfectissima vginitas vñ et virgo virginum noiat: et tñ ei non debet aureola: quia nullam pugnaz sustinuit in continẽdo cum corruptõne fomitis non fuerit infestata. g̃ virginitati aureola non debet. ¶ P. ei qõ nõ ẽ scõm omne tpus laudabile nõ debetur premiũ excellẽs sed virginitatem seruare non fuisset laudabile in statu innocentie: cum tunc esset homini preceptuz Crescite et multiplicamini et replete terrã. nec etiã tpe legis qñ sterules erant maledicte. g̃ vginitati aureola nõ debet. ¶ P. non debet idẽ premiũ vginitati seruate et virginitati amisse. sed p virginitate amissa qñq̃ debet aureola: vtpote si aliqua iuita ꝓstituat' a tyranno quia christuz ꝓfitet. g̃ virginitati aureola non debet. ¶ P. excellens premiuz non debet ei qõ inest nobis a natura. sz vginitas inascitur cuilibet hõi et bono et malo. g̃ vginitati aureola nõ debet. ¶ P. sicut se hz viduitas ad fructum sexagenarium: ita virginitas ad fructũ centesimũ et aureola. sed nõ cuilibet vidue debet fructus sexagenarius sed solũ viduitatẽ vouẽti: vt q̃dã dicunt g̃ oi q̃ nec cuilibet vginitati aureola debeat sz solũ vginitati ex voto seruate. ¶ P. premiũ non rñdet necessitati cum oĩe meritum in volũtate cõsistat sed quidã sunt virgines ex necessitate: vt naturaliter frigidi et eunuchi. g̃ vginitati nõ sp debet aureola. ¶ Sed ꝯ ẽ qõ hi Exo. xxv. Facies alterã coronã aureolã. glo. ad coronã ptiet cãticũ nouũ qõ vgines coram agno ꝓcinũt. s. q̃ sequũt agnum q̃cũq; ierit. g̃ p̃miũ qõ vginitati debet oĩ aureola. ¶ P. Esa. lvj. oĩ: Hec dicit oĩs eunuchis: et sequitur: Dabo eis

nomẽ melius a filijs et filiabus. glo. ꝓpria gloria excellẽtẽq; signat. sz ꝑ eunuchos q̃ seipos castrauerũt ꝓpt regnũ celoꝝ vginẽs designãt. g̃ vginitati debet aliqꝺ excellẽs ꝓmiũ: ⁊ hec vocat aureola. Vlterius vi: q; martyrib' aureola nõ debeat: aureola enĩ ẽ ꝓmiũ qꝺ opib' superogatiõis redditur. vñ dicit Beda sup illud Exo. xxv. Alia coronã aureolam ⁊c. de eoꝝ premio põt recte intelligi qui generalia mãdata spontanee vite pfectioris electiõe trãscendũt. sed mori ꝓ pfessiõe fidei q̃q; ẽ necessitati: nõ superogatõis: vt pz ex hoc qꝺ dr Ro. x. Corde creditur ad iustitiã ore autẽ confessio fit ad salutem. g̃ martyrio nõ semp debetur aureola. ¶ D. scõm Greg'. Seruitia tãto magis sunt grata q̃to magis sũt libera. sed martyriũ minimũ hz de liberalitate cuz sit pena ab alio violenter inflicta. g̃ martyrio aureola nõ debet q̃ rñdz merito excellẽti. ¶ D. martyrium nõ solũ ꝓsistit in exteriori passione mortis sz etiã in interiori volũtate. vnde Bernar. distinguit tria genera martyꝝ: volũtate nõ nece. vt Johannes volũtate et nece: vt Stephanus: nece nõ volũtate vt innocẽtes. si g̃ martyrio aureola deberet magis deberet martyrio volũtatis q̃ exteriori martyrio: cũ meritũ ex volũtate ꝓcedat: hoc autẽ nõ ponit. g̃ martyrio aureola nõ debet. ¶ D. afflictõ corporis ẽ minor q̃ afflictio mẽtis que est per interiores dolores et interiores anime passiones. sed interior etiã afflictio quoddã martyriũ ẽ. vñ dicit Hiero. i sermone ꝺ assumptõe: Recte dixerim dei genitrix vgo et martyr fuit q̃uis in pace vitaz finiuerit. vñ etiã ipsius animam ptransibit gladius. s. dolor de morte filij: cũ g̃ interiori dolori aureola ñ rñdeat: nec exteriori rñdere dz. ¶ D. ipsa pnia quoddam martyriũ ẽ. vñ dicit Greg. q̃uis occasio psecutiõis desit hz tamen et pax nostra martyriũ suũ: qz etsi carnis colla ferro nõ subijcimus: spũ ali tñ gladio carnalia desideria in mente trucidamus: pene aũt que in exterioꝛib' opibus ꝓsistit aureola nõ debet. nec etiaz omi exteriori martyrio. ¶ D. illicito opi nõ debet aureola. sed illicitũ ẽ sibiipi manus inijcẽ vt pz per Aug. in. j li. de ciui. dei. et tamẽ quorundam martyria in ecclesia celebrata sunt: ꝺ sibi manus iniecerũt tyrannoꝝ rabiẽ fugiẽtes: vt pz in ecclesiastica historia de quibusdã mulieribus apud alexandriã. g̃ nõ sp martyrio debet aureola. ¶ D. ꝓtingit aliqñ aliquẽ ꝓ fide vulnerari et etiã aliquo tempe supuiuere: hũc constat martyrem esse: et tamen ei vt videt aureola nõ debet: qz eius pugna ñ durauit vsqz ad mortẽ. g̃ nõ semp martyrio debet aureola. ¶ D. ꝺdã magis affligũt in amissiõe tpaliũ reꝝ q̃ etiã in ꝓpria corporis afflictiõe: qꝺ pz ex hoc q; multas afflictões sustinent ad lucra acquirenda. si g̃ eis ꝓpter xp̃m tpalia bona diripiant: vñ q; sint martyres: nec tñ eis vt vñ debetur aureola. g̃ idem qꝺ prius. ¶ D. martyr vñ esse tñ ille qui ꝓ fide occidit. vñ dr Isido. Martyres grece testes latine dicunt: quia ꝓpter testimoniũ christi passiões sustinent vel sustinuerũt et vsqz ad mortẽ ꝓ veritate certauerũt. sed alique alie virtutes sunt fide excellentiores: vt iustitia charitas ⁊ h' modi: q̃ sine gr̃a esse nõ pnt: quibus tamẽ nõ debet aureola. g̃ videtur q; nec martyrio aureola debeat. ¶ D. sicut veritas fidei est a deo: ita et quelibz alia veritas: vt dicit Ambrosius: quia oñe verum a quocũqz dicat a spiritu sancto est. si ergo sustinẽti mortem ꝓ veritate fidei debet aureola: eadem ratione et sustinentibus mortem pro qualibet alia veritate qꝺ tñ nõ videt: ¶ D. bonũ cõe est potius bono pticulari. sz si aliquis ꝓ seruatione reipublice moriat in bello iusto non debetur ei aureola. g̃ etiam si occidatur pro conseruatione fidei i seipso: et sic martyrio aureola non debetur. ¶ D. oñe meritum ex libero arbitrio procedit. sed quorũdaz martyria celebrat ecclesia qui vsum li. ar. nõ habuerũt. g̃ aureolã nõ meruerũt: et sic nõ oibus martyrib' debet aureola ¶ Sed ꝯ: Aug. dicit in li. de scã vginitate: Nemo q̃tum puto ausus fuit ꝓferre virginitatẽ martyrio sed virginitati debet aureola. g̃ ⁊ martyrio. ¶ D. corona debet certanti. sed in martyrio est specialis difficultas pugne. g̃ ei debet specialis aureola. Vlterius videtur q; doctoribus aureola nõ debeatur omne enĩ premiuz quod in futuro habebit alicui actui virtutis rñdet. sed ꝓdicare vel docere non est actus alicuius virtutis. g̃ doctrine vel ꝓdicatõi nõ debet aureola. ¶ D. docere et predicare ex doctrina ⁊ studio pueniũt. sed ea q̃ ꝓmiant in futuro nõ sunt acquisita per humanũ studiuz: quia naturalibus acquisitis nõ meremur. g̃ ꝓ doctrina et ꝓdicatione nullus in futuro meret aureolaz. ¶ D. exaltatio in futuro rñdet humiliationi in pñti: qz q̃ se humiliat exaltabit. sed in docẽdo et ꝓdicando nõ ẽ humiliatio. imo magis supbie occasio. vñ glo. dicit Matth. iiij. q; diabolus multos decepit honore magisterij inflatos. g̃ vi q; ꝓdicatõi et doctrine aureola non debeat. ¶ Sed �palis est Eph. j. sup illud: Ut sciatis q̃ sit eminẽs ⁊c. dicit glo. Quoddaz crementuz hẽbunt sancti doctores vltra id qꝺ alij cõiter hẽbũt. g̃ ⁊c. ¶ D. Lañ. viij. sup illꝺ: Ulnea mea est coram me. dicit glo. oñdit: quid singularis ꝓmij doctoribus eius disponit. g̃ doctores habebũt singulare premiũ: ⁊ hoc vocam' aureolã. Rñdeo qꝺ ad. j. q. q; vbi est ꝓcellẽs ratio victorie ibi debet aliqua specialis corona. vñ cuz ꝓ virginitatẽ aliqs singularem quãdam victoriã obtineat de carne ꝯ quam cõtinue bellũ gerit: vt pz Gal. v. Spũs cõcupiscit aduersus carnem ⁊c. vginitati specialis corona debet qꝺ aureola noiatur: et hoc quidez cõiter ab oibus tenet. sz cui vginitati debeat aureola: ñ sic militer oñs dicunt. Quidam enĩ dicũt aureolam actui deberi. vñ illa q̃ actu vginitatẽ seruat aureolam habebit si sit de numero saluandoꝝ. sed hoc nõ videtur esse ꝓueniens: qz scõm hoc ille que ha-

bent voluntatē nubendi: et tñ anteq̄ nupserint de cedunt: hēbunt aureolaz. Uñ alīq̄ dicūt q̄ aureola debeat statui et nō actui vt ille tm̄ v̄gines aureolā mereāt q̄ in statu v̄ginitatis ppetue fuāde p votuz se posuerūt. sz hoc etiā nō vī ꝓueniens: qz aliqs ex pari volūtate pōt seruare v̄ginitatē nō vouens sic̄ ali' vouēs. Et iō alīt pōt dici: q̄ merituz oīe actui v̄tutis debet a charitate impato: v̄ginitas autē ſm hoc ad gen' v̄tutis ptinet scōm q̄ ppetua incorrup'ptio mentis et corporis sub electōne cadit: vt patz ex his q̄ dicta sunt. xxxiij. dis. et iō illis tm̄ v̄ginib' aureola ꝓprie debet q̄ ppositū habuerūt v̄ginitatē ppetuo conseruandi: siue hoc ꝓpositū voto firma uerunt siue non: et hoc dico scōm q̄ aureola ꝓprie accipitur vt p̄emiū quoddā merito redditum: q̄ uis hoc ꝓpositū: aliq̄n fuerit interruptū integrita te tñ carnis manēte: dūmodo i fine vite ueniat: qz v̄ginitas mētis repari pōt q̄uis nō v̄ginitas carnis vt supra dis. xxxij. dictum est. Si autē aureolam large accipiamus p quocūq̄z gaudio qō in p̄ia ha bebunt sup gaudiuz essentiale: sic etiā in corruptis carne aureola rñdebit: etiā si ꝓpositum nō habue runt perpetuo virginitatē seruandi: nō eniz est du bium q̄ de incorruptōne corporis gaudebūt sicut et innocentes de hoc q̄ imunes a peccato fuerunt q̄uis etiaz peccandi oportunitatē nō habuerūt: vt patz in pueris baptiçatis. sed hec nō est ꝓpria acce ptio aureole: sz valde cōis. ¶ Ad. j. q̄ dō: q̄ in con tinendo scōm aliq̄d maiorē pugnā sustinent virgi nes et scōm aliquid vidue ceteris paribus: virgini bus eni concupiscentiam inflāmat: et experiēdi de sideriū quod ex quadam quasi curiositate ꝓcedit qua etiam fit vt homo libētius videat que nūq̄ vi dit: et etiā qñq̄z eis concupiscentiam auget estima tio maioris delectationis q̄ sit scōm veritatem: et incōsideratio eorz incōmodorz que delectatōi hu iusmodi adiunguntē: et q̄tum ad hoc vidue mino rem sustinent pugnā: maiorē aūt ꝓpt delectationis memoriā: z in diuersis vnū alteri p̄eudicabit ſm diuersas hominis dispositiones: quia quidam ma gis mouentur hoc quidam illo. Quicquid aūt sit de q̄ritate pugne: tamē hoc certū est q̄ pfectior est victoria virginū q̄ viduarz: pfectissimū eni genus victorie ē et pulcherrimū hosti nunq̄ cessisse: coro na autem non debet pugne: sed victorie de pugna ¶ Ad. ij. dō: q̄ duplex est circa hoc dīo. Quidā eni dicunt q̄ beata virgo p v̄ginitatis p̄mio nō hz aureolaz si aureola ꝓprie accipiat scōm q̄ respicit pugnaz: tñ hz aliq̄d maius aureola ꝓpter pfectissi mum ꝓpositum virginitatis seruāde. Alij vero di cunt q̄ aureolā etiā sub ꝓpria rōne aureole habet excellentissimā: q̄uis eni pugnam non senserit: pu gnam tñ aliquā carnis habuit: sed ex vehementia virtutis a deo habuit carnē subditaz q̄ huiusmōi pugna ei insensibilis erat. Sed istud nō vī ꝓueniēt dici: qz cū beata virgo credat dīno fuisse imunis a fomitis inclinatōne ꝓpter eius sanctificationē per fectam: non est piū ponere aliquaz pugnā a carne fuisse in ea cū talis pugna nō sit nisi ex fomite icli natiōe: nec tentatio que est a carne sine peccato cē possit: vt pz p glo. ij. Cor. xij. sup illud: Datus ē mi hi stimulus carnis mee. vñ dicendū est: q̄ aureolā ꝓprie hz vt in hoc mēbris alīs eccl'ie ꝓformet in q̄ bus virginitas inuenit: z q̄uis nō habuerit pugnā p tentationē que ē a carne: habuit tamen pugnaz p tentationē ab hoste: qui nec etiā ipm̄ christuz re ueritus fuit: vt pz Matth. iiij. ¶ Ad. iij. dō: q̄ vir ginitati nō debet aureola nisi inq̄tum addit quan dam excellentiā sup alios ꝓtinēte grad': si autem Adā nō peccasset virginitas nullā pfectionē addi disset supra ꝓtinentiaz ꝓiugalē: qz fuissent tunc nu ptie honorabiles et thorus imaculatus: nulla ꝓcu piscētie feditate exñte. vñ virginitas tūc seruata nō fuisset: nec ei tūc aureola deberet: sed mutata hūa ne nature ꝓditione virginitas specialē decorem hz et iō speciale p̄miū ei reddit etiā tpe legis Moysi: qñ cultus dei etiā p carnalē actū ppagandus erat: nō erat dīno laudabile a ꝓmixtōne carnis abstinē vñ nec tali ꝓposito speciale p̄miuz redderet: nisi ex diuino ꝓcessisset instinctu: vt credit ꝺ Hieremia et de Delia: quoz ꝓiugia nō legūt. ¶ Ad. iij. dō: q̄ si aliqua p violētiā oppressa fuerit nō amittit ꝓpt hoc aureolā dūmodo ꝓpositū ppetuo virginitatē seruādi inuiolabilit fuet si illi actui nllo mō ꝓsen tiens: nō tñ per hoc virginitatē perdit: vt supra di. xxxij. dictū est: et hoc dico siue p fide siue p q̄cun alia cā violent corrūpat. sed si hoc p fide sustineat hoc erit ei meritoriū: z ad genus martyriū p̄tinebit vnde Lucia dicit: Si me inuitā violari feceris mi hi castitas duplicabit ad coronaz. nō q̄ hēat duas virginitatis aureolas sed qz duplex p̄miū reporta bit: vnū p v̄ginitate custodita: aliud p iniuria quā passa est. dico etiā q̄ si talis violēt oppressa cōcipiat nec ex hoc meritum virginitatis perdit. nec tamē matri christi equabit in qua fuit cū integritate mē tis integritas carnis. ¶ Ad. v. dō: q̄ v̄ginitas no bis a nā innascit q̄tū ad id qō in v̄ginitate materi ale est: sed ꝓpositū ppetue incorruptionis seruāde ex quo virginitas meritū hz non est innatū. sed ex munere gratie ꝓueniens. ¶ Ad. vj. dō: q̄ non cui libet vidue fructus sexagenarius debet: sed ei solū que ꝓpositum virginitatis seruande retinet q̄uis etiā votū nō emittat: sicut z de v̄gnitate dictuz ē. ¶ Ad. vij. dō: q̄ si frigidi et eunuchi volūtatē ha beant incorruptionē ppetuā seruare: etiā si facultas adesset coeūdi: v̄gines sunt dicēdi et aureolā merē tur: faciūt eni de necessitate v̄tutē. Si vo voluntā tē hēant ducēdi ꝓiugē si possent aureolā nō merēt vñ dic̄ Aug. i li. ꝺ scā v̄gitate: qb' ipm virile mēbz debilitat vt gnāre ñ possint vt sūt eunuchi sufficit cū xp̄iani sūt et dei p̄cepta custodiūt: eo tñ ꝓposi to sunt vt ꝓiuges si possent haberent ꝓiugatis fide

libus adequari ¶ Ad.ij.q.vo:q sicut inest quedã pugna spũi ꝛ inferiores ꝓcupiscẽtias: ita etiam inest hõi q̃dã pugna ꝛ passiões exteri⁹ illatas. vñ sic pfectissime victorie q̃ de ꝓcupiscẽtijs carnis triũphat s. vginitati debet spẽal corona q̃ aureola dr: ita etiam pfectissime victorie q̃ hĩ de impugnatõe exteriori debet aureola. Perfectissima autẽ victoria ỽ exterioribus passionibus ꝓsideraf ex duob⁹. Primo ex magnitudine passiõis: inẽ oẽs aũt passiones illas exterius p̃cipue locũ mors tenet: sicut et ĩ passionibus interioribus p̃cipue sunt venereoꝝ cõcupiscentie: et ideo quando aliquis obtinet victoriaz de morte et ordinatis ad mortẽ pfectissime vincit. Secũdo pfectio victorie ꝓsiderat ex cã pugne: q̃ scz ꝑ honestissima cã pugnat: q̃ scz ẽ ipe christ⁹. Et hec duo in martyrio ꝓsiderant qỽ ẽ mors suscepta ꝓpt̃ christũ: martyrem eni nõ facit pena sed causa et iõ martyrio aureola debetur sicut et virginitati ¶ Ad.j.ꝯ dr:q sustinẽ mortẽ ꝓpt̃ xp̃m q̃tũ ẽ de se ẽ op⁹ superogatiõis: nõ eni q̃libz tenet fidẽ suam coram psecutore ꝓfiteri: sed in casu est de necessitate salutis: quando scz aliquis a psecutore deꝑhensus de fide sua requirit quã ꝓfiteri tenet: nec tñ sequit q aureolã nõ mereat. aureola eni nõ debet opi supererogatõis inq̃tũ ẽ superogatio: sz inq̃tũ pfectionem quãdã hz. vñ tli pfectõe manẽte etiã si ñ sit superogatio aliqs aureolã meret. ¶ Ad.ij.dr:q martyrio nõ debet aliqỽ p̃miuz scom hoc q ab exteriori infligit: sz scom hoc q volũtarie sustinet: qz nõ meremur nisi ꝑ ea q̃ sunt in nobis et q̃to id qỽ quis sustinet volũtarie ẽ difficilius et magis natuz voluntati repugnare: tanto volũtas q̃ ꝓpter xp̃m illud sustinet oñdit firmius fixa ĩ christo: et ideo excellentius ei p̃miũ debet. ¶ Ad.iij.dr:q quidam act⁹ sũt q̃ ĩ ipso actu hñt quãdã vehemẽtiã delectationis vel difficultatis ꝛ in talibus act⁹ sp addit ad rõnem meriti vl demeriti scom q in actu oz volũtatẽ variari ex vehemẽtia act⁹ a statu ĩ q̃ ꝑius erat. et iõ ceteri paribus actu luxuriã exercẽs pl⁹ peccat q̃ q̃ solũ ĩ actũ ꝓsentit: qz ĩ ipso actu voluntas augeat silr ꝛ cũ act⁹ martyrij maximã difficultatẽ habeat volũtas martyrij non ptingit ad aliud meritũ qỽ actui martyrꝝ debet rõne difficultatis q̃uis possit etiã ꝑuenire ad alteri⁹ p̃miũ cõsiderata radice meredi: qz aliqs ex maiori charitate põt velle sustinẽ martyriũ q̃ ali⁹ sustineat. vñ volũtarie martyr ꝑt mereri sua volũtate p̃miũ eẽntiale eq̃le vl mai⁹ eo qỽ martyri debet: sz aureola debet difficultati q̃ ẽ ĩ ipa pugna martyrij. vnde aureola voluntarie tñ martyribus nõ debet. ¶ Ad.iiij.dr:q sic delectatiões tact⁹ circa q̃s ẽ tpantia p̃cipuũ locũ tenẽt inẽ oẽs delectatões interiores ꝛ exteriores: ita dolores tact⁹ oĩbus alijs dolorib⁹ p̃eminẽt: et iõ difficultati illi q̃ accidit ĩ sustinẽdo dolores tact⁹: puta q̃ sunt ĩ vberib⁹ ꝛ hm̃oi debet aureola magꝝ q̃ difficultati sustinẽdi infiores dolores: ꝑ qb⁹tñ aliqs ñ ꝓprie dr martyr nisi scom quandam similitudinem: et hoc mõ Hiero. loquit. ¶ Ad.v.dr:q afflictio pnie ñ ẽ ꝓprie loquẽdo martyriũ qz nõ ꝓsistit in his q̃ ad mortẽ inferẽdã ordinant cũ ordinet solũ ad carnẽ domandã quã mensurã si excesserint erit afflictio culpãda. Dr ꝯ ꝓpter similitudinem afflictionis martyriũ: que quidẽ afflictio excedit martyrij afflictionem diurnitate sz excedit intensiõe. ¶ Ad.vj.dr:q fm Aug. i.j.de ci. dei. nll licitũ ẽ sibi man⁹ inijcẽ q̃cũq ex cã: nisi forte dino instinctu fiat ad exẽplũ fortitudis extendẽdũ vt mors ꝓtemnat: illi aũt de q̃bus ẽ obiectuz dino instinctu mortẽ sibi intulisse credunt: et ꝓpt̃ hoc eoꝝ martyria ecclesia celebrat ¶ Ad.vij.dr:q si aliqs ꝓpt̃ fidẽ vuln⁹ mortale accipiat et supuiuat: nõ ẽ dubiũ q aureolã mereat: sicut de brã Cecilia patz: que triduo supuixit: et de mltis martyrib⁹ q̃ ĩ carcẽ sũt defuncti. sz ẽt si vulnus ñ mortale accipiat et tñ exide mortẽ incurrat credit aureolã ꝑmereri q̃uis q̃dã dicũt q aureolã nõ mereat si ex icuria vel negligẽtia ꝓpa mortẽ incurrat: nõ eni ista negligẽtia eũ ad mortẽ ꝑduxisset nisi ꝓpositio vulnẽ qỽ ꝑ fide acceptũ ẽ: ꝛ ita vuln⁹ ꝓpter xp̃m susceptũ ẽ ei plena occasio mortl. vñ ꝓpt̃ hoc aureolã nõ vr amittẽ nisi sit tal negligẽtia q̃ culpã mortalẽ inducat: q̃ ei et aureã aufert ꝛ aureolam. Si vỽ ex vulnere mortali suscepto non moriat aliquo casu cõtingente: vel etiã vulnera nõ mortalia suscepit: et adhuc carcerẽ sustinens moriat adhuc aureolã mereat. vñ ꝛ q̃rundã scoꝝ martyria ĩ ecclesia celebrãt q̃ ĩ carcẽ mortui sũt aliqb⁹ vberib⁹ longe añ susceptis: sicut pz de Marcello papa. Qualitercũq igit afflictio ꝓpt̃ xp̃m illata vsq ad mortẽ ꝓtinuat siue mors ide seq̃t siue nõ aliqs martyr efficit: et aureolam mereat: si vỽ nõ ꝓtinuet vsq ad mortẽ nõ ꝓpt̃ hoc aliqs dicet martyr: sic pz de Silvestro de q̃ nõ solẽnizat eccl'ia sic de martyre: qz in pace vitã finiuit q̃uis ꝑ us aliqs passiones sustinuerit. ¶ Ad.viij.dr:q sic tpantia nõ ẽ circa delectatiões ĩ pecunijs vel ĩ honorib⁹ et h⁹mõi sz solũ ĩ delectationib⁹ tact⁹ q̃si p̃cipuis: ita etiã fortitudo ẽ circa picula mortis sicut circa p̃cipua: vt dicit in. iij. Ethic. et iõ soli iniurie q̃ irrogat circa corp⁹ ꝓpriũ ex q̃ nata ẽ mors seq̃ debet aureola. Siue igit aliqs ꝓpter xp̃m res tpales siue famã vel q̃cq̃d h⁹modi amittat: nõ efficit ꝓpter hoc ꝓprie martyr nec mereat aureolam nec plus aliquis põt ordinate res exteriores diligere q̃ ꝓpriũ corp⁹: amor aũt inordinatus nõ coadiuuat ad meritũ aureole: nec etiaz põt dolor de amissiõe rez coeg̃ri dolori de corpis occisione et alijs huiusmõi. ¶ Ad.ix.dr:q cã sufficiens ad martyriũ nõ solũ ẽ cõfessio fidei sed quecũq alia vtus non politica sz infusa q̃ finẽ hẽat xp̃m q̃libet eni actu vtuꝝ aliqs testis xp̃i efficit inq̃tum opa q̃ in nobis xp̃s ꝑficit testimoniũ bonitatis ei⁹ sũt. vnde alique virgines sunt occise ꝓ virginitate quã seruare volebant: sicut beata Agnes ꝛ quedã

alie quaꝫ martyria in eccleſia celebrant. ¶ Ad.x
oō:q̄ vītas fidei hz xp̄m ꝑ ſine vel ꝑ obiecto:et iō
ꝓfeſſio ipſi' aureolā meret ſi pena addat:non ſolū
ex ꝑte finiſ ſz ex ꝑte materie.ſz ꝓfeſſio cuiuſcūq̄ al
teri' vītatis nō ē cā ſufficiēs ad martyriū rōne ma
terie ſz ſolū rōne finiſ:vtpote ſi aliq̄s ꝑ⁹ vellet oc
cidi q̄ qōcūq̄ mēdaciuz dicēdo ꝓ ipſum peccaret.
¶ Ad.xj.oō:q̄ ēt bonū increatū excedit oē bonū
creatū. vñ q̄cunq̄ finis creat' ſiue ſit bonū cōe ſiue
bonū ꝑuatū nō ꝑt actui tātā bonitatē ꝑſtare q̄taz
finis increat':cū ſcilz aliq̄d ꝑꝑi deū agit:et iō cū dr
ꝑꝑi bonū cōe nō relatū ad xp̄m mortē ſuſtinet au
reolā nō meret.ſed ſi hoc referat ad xp̄m aureolā
merebit ꝛ martyr erit:vtpote ſi rē publicā defēdat
ab hoſtiū impugnatōe q̄ fidē xp̄i cozrūpe molluūt
et i tali defenſiōe mortē ſuſtineat. ¶ Ad.xij.oō:q̄
q̄dā dicūt q̄ in innocētib' occiſis ꝑ xp̄o vtute dīna
accelerat' ē vſus rōnis ſic et i Joh̄e baptiſta oū ad
huc eēt i materno vtero:et ſm h' vere martyres fu
erūt et volūtate et actu et aureolā hñt. Sed aliꝫ dr
cūt q̄ fuerūt martyres actu tātuz et ñ volūtate qō
vī ſētire Bern̄. diſtiguēs tria gnā martyꝛ:vt dictū
ē:et ſm hoc inocētes ſic nō ꝓtingūt ad ꝑfectā rōez
martyrij: ſz aliq̄d martyrū hñt ex hoc q̄ paſſi ſūt
ꝑ xp̄o:ita ēt aureolā ñ q̄dē ſm ꝑfectā rōem ſz ſm
aliquā ꝑticipatōz iḡtū.ſ.gaudēt ſe i obſequiū xp̄i
occiſos eē:vt ocñ ē de pueri baptiçat' q̄ bēbūt ali
qō gaudiū de inocētia et carnis itegritate. ¶ Ad
iij.q.oō:q̄ ſicut ꝑ martyriū et vḡinitatē aliq̄s ꝑfe
ctiſſimā victoriā obtinet de carne ꝛ mūdo:ita ꝛ ꝑ
fectiſſima victoria ꝓ diaboluz obtinet qñ aliq̄s nō
ſolū diabolo impugnāti non cedit ſz etiā eū expel
lit et nō ſolū a ſe ſz etiā ab alīs:hoc aūt fit ꝑ ꝑdica
tionē et doctrinā:ꝛ iō ꝑdicatiōi ꝛ doctrie aureola
debet:ſicut et vḡinitati et martyrio. Nec ē dicēduz
vt q̄dā dicūt:q̄ tātū debeat ꝑmiꝫ q̄b' ꝓpetit ex of
ficio ꝑdicare et docē.ſz q̄buſcūq̄ q̄ licite hūc actū
exercēt:ꝑmiꝫ aūt nō debet q̄uis hēant officiuz ꝑ
dicādi niſi actu ꝑdicēt: qz corona ñ debet habitui
ſz actuali pugne:ſcōm illud.ij.Timo.iij. Nō coro
nabit niſi q̄ legitie certauerit. ¶ Ad.j.ḡ oō:q̄ ꝑdi
care ꝛ docē ſūt act' alicui' vtut.ſ.miſericordie.vñ ꝛ
ini ſpūales el'nas ꝓputāt:vt pz ē.oi.xv. ¶ Ad.ij.
oō:q̄ q̄uis facultas ꝑdicādi et docēdi qñq̄ ex ſtu
dio ꝓueiat:tñ vſus doctrine ex volūtate ꝓcedit q̄ ꝑ
charitatē iformat a deo iſuſā:ꝛ ſic act' ei' meritoꝛ'
cē ꝑt. ¶ Ad.iij.oō:q̄ exaltatio i hac vita nō dimi
nuit aliq̄' vite ꝑmiū niſi ei q̄ i tl'i exaltatiōe ꝓpriam
gliā q̄rit:q̄ aūt talē exaltationē i vtilitatē alioꝛ cō
uertit:ex ea ſibi mercedē acq̄rit:cū eni dī q̄ doctri
ne debet aureola:itelligēdū ē doctrie q̄ ē de ptinēti
bus ad ſalutē ꝑ quā diabol'a cordib' hoīum expu
gnat ſic q̄buſdā ſpūalib' armis:ō q̄b' dī.ij. Cor.x.
Arma militie nr̄e nō ſūt carnalia ſed ſpūalia.

HD quartuz ſic ꝓo

ceditur:videt q̄ chriſto aureola debeat:debet enīz
aureola virginitati et martyrio et doctrine: ſed in
chriſto hec tria ꝓcipue fuerunt: ḡ chriſto ꝓcipue
aureola competit. ¶ D. omne quod eſt perfectiſſi
mū in rebuſ humanis ꝓcipue chriſto ē attribuēdū
ſed premiū aureole debet excellentiſſimis meriti.ḡ
xp̄o debet. ¶ D. Cypriān' dicit:q̄ imaginē dei vḡi
nitas portat:vḡinitatis ḡ exēplar i deo ē.ꝛ ſic vī q̄
xp̄o etiā inḡtū ē de' aureola ꝓpetit. ¶ Sed ꝯ:au
reola ē gaudiū de ꝓformitate ad xp̄m:vt dī.ſz nul
lus ꝓformat vel ſimilat ſibiꝑſi:vt pz ꝑ ꝑhm.ḡ xp̄o
nō debet aureola. ¶ D. xp̄i ꝑmiū nūq̄ ē augmen
tatū.ſz xp̄s ab inſtāti ꝓceptiōis ſue nō hūit aureo
lā:qz tunc nunq̄ pugnauerat.ḡ nūq̄ poſtea aureo
lā habuit. ¶ Lteri' vī:q̄ angel' aureola debeat:qz
vt dic̄ Diero. de vḡinitate loḡn̄:i carne ꝑter carne
viuē potius ē vita angelica q̄ hūana:et.j. Cor.vij.
dic̄ glo.q̄ vḡinitas ē portio angelica:cū igr̄ vḡinita
ti rñdeat aureola: vī q̄ angel' debeat. ¶ D. nobili
or ē incorruptio ſpūs q̄ incorruptio carnis.ſz i an
gelis inuenit incorruptō ſpūs:qz nūq̄ peccauerūt.
ḡ eis magis debet aureola q̄ hoīibus incorruptis
carne:q̄ alias aliq̄ peccauerūt. ¶ D. doctrine de
bet aureola.ſed angeli nos docent:purgando illūi
nādo:et pficiēdo:vt Dio. dicit.ḡ eis debet aureola
ſaltē doctoꝛ. ¶ Sz ꝯ.ij.Timo.ij. Nō coronabit
niſi q̄ legitie certauerit.ſz i angel' nō ē pugna.ḡ nec
eis aureola debet. ¶ D. aureola nō debet actui q̄
ꝑ corꝑ' ñ exerceat. vñ amātib' vḡinitatē ꝛ martyriū
et doctrinā ſi exteri' hec eis nō inſūt aureola ñ de
bet.ſz angeli ſūt incorꝑei.ḡ aureolā nō hñt. ¶ Lte
ri' vī q̄ aureola etiā corꝑi debeat: ꝑmiū eni ēntia
le ē poti' q̄ accñtale.ſz dos q̄ ad ꝑmiū ēntiale pti
net nō ſolū ē in aia ſed etiam in corꝑe.ḡ et aure
ola q̄ ptinet ad ꝑmiū accñtale. ¶ D. pcō qō per
corꝑ' exerceat rñdet pena in aia et corꝑe.ḡ ꝛ merito
qō exerceat ꝑ corꝑ' debet ꝑmiū et in aia et in corꝑe
ſed merituz aureole per corꝑus exerceat.ḡ aureola
etiā debet corꝑi. ¶ D. in corꝑibus martyrū ap
parebit quedā vtutis pulchritudo in ipīs cicatrici
bus corꝑis: vñ dicit Aug'. xxij. de ciui. dei: Neſtio
quō ſic afficimur amore martyꝛ bonoruz vt velī
mus i illo reḡ i eoꝛ corꝑib' vidē vulneꝛ cicatrices
q̄s ꝑ xp̄i noie ptulerūt et fortaſſe videbim': nō eni
erit in eis deformitas ſz dignitas quedā:q̄uis i cor
poꝛe nō corꝑis ſz vtutis pulchritudo fulgebit.ḡ vī
q̄ aureola martyꝛ ſit i corꝑe: et eadē rōne ō alīs
¶ Sz ꝯ:aie q̄ mō ſūt in padiſo hñt aureolas nec
tñ hñt corꝑa.ḡ ꝑmiū ſubiectū aureole non ē corꝑ'
ſz aia. ¶ D. oñe meritū ē ab aia.ḡ ꝑmiū totū i aia
eē dz. ℟ ñdeo.oō:ad.j.q̄ez:q̄ circa hoc duplex ē
opīo. Quidā.n. dicūt:q̄ i xp̄o ē aureola ſm ꝑꝑz
aureole rōez cū i pugna iueniat ꝛ victoria ꝛ ꝑ ꝑns
corona ſm ꝑꝑiā rōem. Sz diligēt ꝓliderādo q̄uiſ
xp̄o ꝓpetat rō auree vel corone:nō tñ ei cōpetit ra
tio aureole:aureola eni ex hocipſo q̄ diminutiue

oz importat aliqd qđ pticipatiue et nō fm sui plēi tudinē possidet. vñ ill' ꝓpetit aureolā hīe i qb'ē alij ꝙ pfectiōis victorie pticipatio fm imitatōz ei' in q̄ pfecte victorie plēa rō ꝓsistit: et iō cū i xp̄o iueniat h'mōi pncipal' et plēa victorie rō: p cui' victoriam oēs alij victores ꝓstituunt: vt p3 Joh. xvj. Cōfidite ego vici mūdū: 7 Apoc. v. Ecce vicit leo ỏ tribu iuda. xp̄o nō ꝓpetet aureolā hīe. sz aliqd. vñ oīs aureole originat. vñ Apo. iij. Qui vicerit faciā eū sedere i throno meo sic ego vici et sedeo i throno patris mei. Uñ fm alios ỏd ē: q̄ ꝙuis id qđ ē i xp̄o nō hēat rōnē aureole: tñ ē excellēti' oi aureola. ¶ Ad j. g̈ ỏd: q̄ xp̄s fuit vīssime vgo martyr et doctor. sz tñ ꝑmiū accñtale his rñdēs i xp̄o nō hz aliquā notabilē q̄titatē i ꝓpatōe ad magnitudinē eēntial' ꝑmij. vñ nō hz aureolā sub rōne aureole. ¶ Ad. ij. ỏd: q̄ aureola q̄uis debeat operi pfectissimo q̄ ad nos: tñ aureola inq̄tuz diminutiue oī signat q̄ndā pticipationē pfectōis ab aliq̄ in q̄ plenarie inuenit et scōm hoc ad quādā minoratiōnē ptinet: 7 sic in xp̄o nō inuenit in quo oīs pfectio plenissime inuenit. ¶ Ad. iij. ỏd: q̄ ꝙuis vginitas habeat aliquo mō exemplar in deo: nō tñ hz exemplar vni' rōnis incorruptio eni dei quā vginitas imitat nō eadem rōne est in deo et in aliquo vgine ¶ D. ij. q. ỏd: q̄ angelis aureola nō debet cui' ratio ē: qz aureola ꝑtinet cuidam pfectioni in excellēti merito: ea vỏ que in hōibus ad pfectionē meriti ptinēt angelis sunt ꝓnaturalia: vel etiā spectāt ad cōem eorum statū aut etiā ad ipm premiū: et ibo rōne eoz quā hōibus debet angeli non hñt aureolas. ¶ Ad. j. g̈ dicendū: q̄ virginitas oī esse vita angelica inq̄tuz ꝑ gratiā vgines imitant id qđ angeli hñt ꝑ naturā nō eni vtutis ē i angelis q̄ oino de delectatōnibus carnis abstineāt: cuz huiusmōi delectatiōes i eis ē nō possint. ¶ Ad. ij. ỏd: q̄ ꝑpetua incorruptio spiritus in angelis premiū eēntiale meret: est eni ỏ necessitate salutis cuz in eis non possit subsequi reparatio post ruinā. ¶ Ad. iij. ỏd: q̄ illi act' fm quos angeli nos docēt ptinēt ad gloriaz eoz et ad cōem ipsoz statū. vñ ꝑ huiusmōi act' aureolā nō merētur. ¶ Ad. iij. q. ỏd: q̄ aureola ꝑprie est in mente: est eni gaudiū de opibus illis ꝙbus aureola debet sz sicut ex gaudio eēntialis ꝑmij qđ ē aurea redundat q̄dā decor i corpe q̄ ē glia corpis: ita ex gaudio aureole resultat aliqs decor in corpore: vt sic aureola ꝑncipaliter sit in mente. sed ꝑ quādā redundātiam fulgeat etiā in carne. ¶ Et ꝑ hoc p3 rñsio ad obiecta. Tñ sciēdum est: q̄ decor cicatricū q̄ in corporibus martyr apparebunt nō pōt dici aureola qz aliq̄ martyres aureolā habebūt in quib'huius' modi cicatrices nō erunt: vtpote illi q̄ sūt submersi aut famis incdia: vel squalore carceris intempti.

¶ Quantum sic procedit: videt q̄ incōuenienter designētur tres aureole: virginū: martyr: et predicatoz. Aureola eni martyr rñdet vtuti fortitudinis: aureola vginum vtuti tpantie: aureola vỏ doctoz vtuti prudentie. g̈ vī q̄ debeat esse quarta aureola q̄ debeat iusticie. ¶ D. Exodi. xxv. dicit glo. q̄ corona aurea addit: cum ꝑ euāgelium his qui mādata custodiūt vita eterna ꝓmittit: Matth. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mādata. huic aureola supponit. cum dī: Si vis pfectus eē vade et vēde oīa que habes et da pauperib'. g̈ pauptati debetur aureola. ¶ D. ꝑ votū obediētie aliqs se deo subiicit totalr g̈ in voto obediētie maxia pfectio ꝓsistit: 7 ita vī q̄ ei aureola debeat. ¶ D. mta sunt etiā alia supererogationis opera de quib' homo i futuro spēale gaudiū hēbit. g̈ multe sunt alie aureole ꝓter istas tres ¶ D. sicut aliquis diuulgat fidem ꝑdicādo et docendo ita scripta ꝓpilando. g̈ et talib' q̄rta aureola debet ¶ Alterius vī: q̄ aureola vginuz sit int alias potissima: qz Apoc. vij. dī de vginib' que sequent agnum quocunq̄ ierit: 7 q̄ nemo alius poterat dicē canticum quod virgines cantabant. g̈ virgines habent excellentiorem aureolā. ¶ D. Cypr̄ianus dicit de vginib': q̄ sunt illustrioz portio gregis xp̄i. g̈ eis magis aureola debet. ¶ Itē vī q̄ potissima sit aureola martyr: qz dicit Aimo: q̄ nō oīs vgines ꝓiugatas ꝓcedunt. sed hi specialit qui in tormento passiōis vginitate insup custodita cōequāt martyrib' ꝓiugatis. g̈ martyrium dat vginitati ꝑeminentiā sup alios stat'. g̈ martyrio potioz aureola debetur. ¶ Itē vī: q̄ potissima debeat doctori: qz ecclesia militans exemplata est ab ecclesia triumphāte sed in ecclesia militāte maxim' honor debetur doctoribus. j. Timo. v. Qui bñ ꝑsunt ꝑsbyteri duplici honore digni habeant: maxime autē q̄ laborāt vbo et doctrina. g̈ in ecclesia triumphante eis potior aureola debet ¶ Alterius vī: q̄ vnus aureolā vginitatis vel martyrij vel doctoris excellenti' alio nō habeat: qz ea que sunt in termino nō intendūt et remittūt. sed aureola debet opibus que sunt in termino pfectionis. g̈ aureola nō intēdit nec remittitur. ¶ D. virginitas nō suscipit magis et minus cum importat ꝓportionē quandā: et negatiōes non intendāt nec remittāt. g̈ nec premiū vginitatis: scz aureola virginū intendit et remittit. ¶ Sed ꝓ: aureola supponit auree. sed aurea ē intēsior i vno q̄ in alio. g̈ et aureola. Rñdeo ỏd ad. j. qōem: q̄ aureola ē quoddā ꝓilegiatum premiū ꝓilegiate victorie rñdens: vt p3 ex dictis: et ibo fm ꝓilegiatas victorias in tribus pugnis q̄ cuilibet hōi iminent tres aureole sumunt: in pugna eni que ē ꝓ carnem ille potissimā victoriā obtinet qui a delectabilibus venereis q̄ sunt ꝓcipua in hoc genē oino abstinet: et iō vginitati aureola debet. In pugna vỏ qua ꝓ mūdū pugnat: illa ē ꝓcipua cū a mūdo psecutiōez vsq̄ ad mortē sustinem'. vnde et martyrib' qui in ista pugna victoriā obtinent secūda aureola debe

tur. Jn pugna vo qua ꝫ diabolū pugnam' illa ē p̄cipua victoria: cum aliquis hostē nō soluz a se sed a cordib' alioꝝ remouet: quod fit p̄ p̄dicationē et doctrinā: et iō doctoribꝫ et predicatoribꝫ tertia aureola debet. Quidam vero distinguunt tres aureolas scōm tres vires anie: vt dicāt tres aureole rñdere potissimis trium virū aīe actib'. Potissimus eni act' rōnalis ē vitatē fidei etiā i alīs diffundē: et huic actui debet doctoꝝ aureola. Jrascibilis vero act' potissim' est etiā mortē ꝓpter xp̄m superare: et huic actui debet aureola martyꝝ. Concupiscibilis autē act' potissim' ē a delectabilib' maxis penitus abstinē: et huic debet aureola vginū. Alij vo aureolas tres distiguūt scōm ea qb' xp̄o nobilissime cō formamur: ipse eni mediator fuit inī mundū ⁊ patrē. fuit ꝯ doctor scōm q̄ vitatē quaz a p̄re accepat mundo māifestauit. fuit autē martyr p̄m q̄ a mū do psecutionē sustinuit. fuit vo vgo inq̄tū purita tē i seipso ꝓseruauit: et iō doctores martyres virgines ei pfectissime ꝓformāt. vñ talib' debet aureola

¶ Ad. j. ꝯ dō: q̄ i actu iusticie nō attendit aliq̄ pugna sic in actib' aliaꝝ vtutuz: nec tñ hoc verꝫ est q̄ docere sit act' prudētie: imo pot' est act' charitatis vl misericordie scōm q̄ ex tali hitu inclinamur ad huiusmōi exercitium vel etiā sapie vt dirigēt. Vl pōt dici scōm alios q̄ iusticia circuit oēs vtutes: et iō eis spēalis aureola non debet. Quō autē hoc sit verꝫ ocñ ē i li. iij. di. xxxiij. ¶ Ad. ij. dō: q̄ pauper tas q̄uis sit op' pfectiōis: nō tñ tenet summū locū in aliqua spirituali pugna: qz amor corpalium minus impugnat q̄ ꝓcupia carnis vel psecutio inflicta in corp' ꝓpriuum. vñ pauptati non debet aureola. ſz debet ei iudiciaria ptās rōne hūiliatiōis q̄ cō sequit pauptatē: vt supra ocñ ē. Glo. aūt inducta large accipit aureolā p̄ quolibet premio quod redit merito excellēti. ¶ Et sīr dicēdū ad. iij. et. iij.

¶ Ad. v. dō: q̄ etiā scribētib' sacrā doctrinā debetur aureola. ſz hec ñ distiguit ab aureola doctoꝝ: qz septa ꝓponere q̄dā mod' dicēdi ē. ¶ D. ij. qoez dicendum: q̄ preeminētia aureole ad aureolā pōt dupliciter attēdi: Primo ex pte pugne: vt dicat aureola potior q̄ fortiori pugne debet: et p hūc moduz aureola martyꝝ alīs aureolis supeminet quodāmō: et aureola virginū alio mō: pugna eni martyrū est fortior scōm seipam et vehementius affligēs pugna carnis ē piculosior inq̄tum est diuturnior: et magis nobis iminet e vicino. Scōo ex pte eorū de quib' ē pugna: et sic aureola doctoꝝ inī oēs est potior: qz huiusmodi pugna versat circa bona intelligibilia: alie vero pugne circa sensibiles passiones. sed illa eminētia que attēdit ex pte pugne ē aureole ēntialior: qz aureola scōm ppriam rōem respicit victoriaz et pugnam. Difficultas etiā pugne q̄ attendit ex parte ipsi' pugne ē potior q̄ illa q̄ attendit ex parte nostri i q̄tum est nobis vicinior: et ideo simplicit loquendo aureola martyꝝ inī oīs est potior: et ideo dicit Matth. v. in glo. q̄ in octaua beatitudine que ad martyres ptinet scilz: Beati qui persecutionē patiunt ⁊c. oēs alie perficiūt ꝓpi hoc etiā ecclesia in cōnumeratiōe sanctoꝝ martyres doctoribus et virginib' pordinat. sed q̄tum ad aliquid nihil phibet alias aureolas excellentiores esse. ¶ Et p hoc pz solutio ad obiecta. ¶ D. ij. q. dō: q̄ cum meritum sit quodāmodo premij causa oportz diuersificari premia scōm q̄ merita diuersificantur. Aliquid enim intenditur et remittitur per intensionem ⁊ remissionem sue cause meritus autem aureole potest esse maius et minus. vnde ⁊ aureola pōt esse maior et minor. Sciendum tñ: q̄ meritum aureole pōt intendi dupliciter: vno modo ex parte radicis: alio mō ex parte opis: ꝓtingit eni esse aliquos duos quoꝝ vn' ex maiori charitate maius tormentū martyrij sustinet: vel magis p̄dicatōi instat aut etiā magis se a delectabilib' carnis elongat. intensioni ꝯ meriti que attēdit penes radicem ñ rñdet intensio aureole sed intensio auree. sed intensioni meriti que est ex genere actus rñdet intensio aureole. vñ pōt esse q̄ aliquis qui min' in martyrio meret q̄tum ad essentiale premiū habebit p̄ martyrio maiorem aureolaz. ¶ Ad. j. ꝯ dō: q̄ merita quibus debent aureole nō attingunt ad terminum pfectiōis simplicit sed scōm specie sicut ignis est specie subtilissimuz corpoꝝ. vnde nihil phibet vnam aureolam alia esse excellentiorem: sicut vn' ignis est alio subtilior. ¶ Ad. ij. dō: q̄ vna virginitas pōt esse alia maior ꝓpter maiorem recessum a virginitatis ꝓrio: vt dicat in illa esse maior virginitas que magis occasiones corruptōnis vitat sic̄ puationes intendi possunt: vt cum dī homo magis cecus: qz magis elongat a visu. Duos fines hēbunt due ciuitates. hoc ideo dī: q̄ vsq̄ ad diē iudicij numerus electoꝝ et damnatoꝝ auget: et etiaz gloria et pena augeri pōt saltem q̄tuz ad premiū et pnā accidētalem. sed post iudicium vlterius augeri nō poterit. ¶ Denarius eniz vnus: hoc dī ꝓpter hoc q̄ idem est obiectum oīm beatoꝝ. ¶ Jlle quippe beate viuit qui viuit vt vult nec male aliq̄d vult. hec snia Aug. ꝓcordat cuz snia phi: vt p viuē operatio vite intelligat: p hoc vero quod dicit: vt vult ostendit operatio non impedita: per hoc autē qđ dicit nec aliq̄d male vult: oñdit eē ꝓnaturāl: quia mala sunt ꝓ naturā. ¶ Quo retardat quodāmō ne tota intētōe ⁊c. ista retardatio intelligit q̄tū ad hoc q̄ aīa a corpe separata nō hz pfectuz eē: ⁊ ita nec pfectā opationē q̄ possit deo perfecte coniungi.

¶ Distinctio. L.

Hic oritur q̄stio ex predictis ducens originem. Postq̄ determinauit magister de gloria scōꝝ p' iudiciū gnāle hic determinat de penis impioꝝ. Et diuidit i ptes

duas. In ꝑma ꝓpositū ꝓsequit. In scḋa ponit totius opis epilogū: ibi Hec de pedib' sedētis ⁊c. Prīa autē ps diuidit i duas ptes. In ꝑma determinat de penis dānatoꝝ q̄tū ad affectū. In secūda determinat de penis eoꝝ q̄tum ad cognitionē siue intellectū: ibi Hic queri solet q̄re ille tenebre ⁊c. Et hec ps diuidit in ptes tres. In ꝑma ostendit quō excludunt a cognitiōe dei p hoc q̄ sūt in tenebris exteriorib' In secūda oñdit qualit̄ se habeat eoꝝ cognitio ad ea que in hoc mūdo agunt: ibi Preterea queri solet si reproboꝝ anie ⁊c. In tertia qualit̄ se hēat ad cognoscenda ea que erga sanctos agunt: ibi Queri etiā solet ⁊c. Secūda pars diuidit in duas. In ꝑma inquirit vtr mortui cognoscāt ea q̄ hic agūt. In scḋa mouet dubitationē quandaz ex dictis: ibi Si quis autē querat ⁊c. Tertia vero pars diuidit in duas. In ꝑma ostendit quō boni et mali inuicē videant. In secūda inquirit quid accidat sanct̄ ex visione damnatoꝝ: ibi Sz cum sanctis malos ⁊c. Et hec pars diuidit in duas. In ꝑma inquirit vtr sancti videntes damnatoꝝ miseriā eis compatiāt. In secūda vtr ex hoc q̄ penam damnatoꝝ videt eoꝝ glia minuat: ibi Postremo querit an visa ⁊c.

Hic duo queruntur. Primo de cognitione naturali anime separate. Secundo de pena damnatoꝝ. Circa primū querūt q̄ttuor. Primo vtr aia possit aliq̄d intelligē a corpe sepata. Scḋo vtr possit intelligē p spēs q̄s a sensibilib' accipit dū corpi eēt iūcta. Tertio vtr aia sepata singlaria cōgnoscat. Quarto vtr localis distātia eī cognitionē impediat. Utruz autē sensib' vtat q̄situ ē supra dis. xliij.

AD primum sic procedit: vī q̄ anima nihil intelligere possit a corpe separata: q̄ vt dicit phūs in. j. de anima: Intelligere et considerare cōsumit quodaz interius corrupto. sed per mortē illud quod ē interius ex parte corpis corrumpit. g̃ post mortem nō pōt aia intelligere aliquid et ꝑsiderare. Ꝑ. nulla actio cōis corpi et aie pōt remanere in aia corpore corrupto. sed intelligere est quedaz actio corpori et aie cōis: sicut et texere et edificare: vt pz in. j. de aia g̃ corpe corrupto aia nō pōt intelligere. Ꝑ. Amia nihil pōt intelligere sine intellectu possibili. sed intellectus iste ē corruptibilis. vt dī in. iij. de aia. non autē corrumpit nisi corpe corrupto. g̃ aia a corpe sepata nihil pōt intelligere. Ꝑ. vt dī in. iij. de aia sicut se hñt ꝯlores ad visuz: ita se hñt fantasmata ad animā intellectiuā: sed destructis coloribus visus nihil posset videre. g̃ destructis fantasmatib' amia nihil poterit intelligere: fantasmata autē nō remanent in aia sepata: cū sint in imaginatōe que habz organuz corpale. g̃ anima separata nihil pōt intelligere. Ꝑ. pfect' eē hz amia in corpe q̄ a corpe separata sicut pars in toto pfectior est q̄ p se existēs sed aia intellectiua cuz est in corpore non pōt intelligere sine fantasmatibus: vt pz in. j. et. iij. de aia. g̃ nec sepata a corpe sine eis intelligere poterit: et sic idem quod ꝑus. Ꝑ. intellectus humanus est factus sicut tabula in qua nihil est scriptuz: vt dicit i iij. de aia. g̃ aia in sui creatione non hz aliquas formas ꝓcreatas. si g̃ intelligat aliquid oportet q̄ intelligat per formas a sensibus acceptas: cum omis cognitio fit per aliquaz formaz que sit similitudo rei cognite. sed aie puerorū defunctoꝝ i vteris maternis non hñt aliquas formas a sensibus acceptas. g̃ saltem aie puerorū nō pñt intelligere aliq̄d: cuz nō habeant aliquas intelligibiles formas. Ꝑ. Amia ad hoc dī esse corpori ꝓiuncta: vt sciētijs et virtutibus perficiat. g̃ anteq̄ in corpore fuerit scientia p̄fecta nō potest intelligere aliquid: alias frustra corpori ꝓiungeret. sed aie puerorū predictoꝝ non fuerunt aliq̄ scientia in corporibus pfecte. g̃ idē quod ꝑus. Ꝑ. Sed ꝯ: phūs dicit in. ij. celi et mūdi: q̄ oia res est ꝓpter suā operationē. vnde re remanēte remanet eius operatio. ⁊ hoc est quod Damas. dicit q̄ nulla substātia est ociosa. si g̃ aia post corpus remanet sicut fides ponit: oz q̄ aliqua eius operatio remanet: q̄ vt dī in. j. de aia. si nulla operatio anime est ei ꝓpria sine corpore non cōtingit eam separi. sed intelligere est maxime ꝓpria eius operatō. g̃ aia sepata aliquid intelligere pōt. Ꝑ. sicut dicit Auicēna in sua Meta. imunitas a materia ē cā q̄re aliqua substātia sit intellectiua. sed aia sepata a corpore imunior ē a materia q̄ corpi ꝓiuncta: que tūc non est actus alicuius materie sicut mō est cuz g̃ aia mō intelligat: multo magis intelliget cuz erit a corpore separata. Ꝑ. Auicēna dicit i. vj. de naturalibus: q̄ aia non indiget imaginatione et alijs virtutibus sensibilib' nisi i ꝓncipio tm̄: ⁊ nō postea nisi pauz. cum g̃ proficit ⁊ roborat̄ sola per se opat actiones suas absolute: et sic anima indiget sensib' sicut homo indiget iumēto et eius apparatu: vt p̄ueniat eo q̄ ꝓponit q̄ cū accesserit nō ei' vlteri' indigebit. g̃ anima non semp indiget corpore ad intelligendum: et sic sepata intelligere poterit. Cōtra ꝺ: q̄ ponentibus intellectum a potētijs sensitiuis differre: necesse est ponere intellectuꝫ substantiā incorruptibilē esse: eo q̄ necesse est eū imaterialē ponere: nec a materia scōm eē dependētē: omnē autē huiusmodi substantiā oz incorruptibilem esse: q̄ materia inq̄tū pōt eē subiectū priuatōnis ⁊ forme est corruptionis causa in rebus materialib'. vñ dicit phūs in. j. de aia: q̄ intellectus vī esse substātia quedam et non corrumpi. Quidā vero hūc intellectū corruptibilem dixerūt nō esse partem aie humane. sed esse aliquā substantiā oīno a corpe separatam: aiam vero humanā nō dici intellectiuā nisi fm quandā ꝓticipationē intellectualitatis ex refulgētia intellectus sepati sup ipm. vnde destructo corpore: anima humana nec ꝛmanebat nec aliq̄d

